

*M. 20*  
LAURENTII BONINCONTRI


*Miniatensis, De Rebus Cælestibus, Aureum opusculum,*

AB L. Gaurico

Neapolitano

*Prothonotario recognitum nuper  
Venetiis impressum.*

M. D. XXVI.





ILLVSTRISSIMO MANTVÆ MAR  
CHIONI FEDERICO GONZA= 9  
GAE, S.R.E. AC FLORENT.  
REIPVB. IMPERATORI IN  
VICTISS. L. GAVRICVS  
NEAPOLIT. FELI  
CITATEM.

Vom septimo Idus April. 1526. Statuisse  
Inuictiss. Imperator pro communvtilitate,  
Laurentij Minuatensis Bonincontri De re  
bus cum naturalibus, tum Diuinis Libellū  
Aldini stypis excidendū promulgare, eue  
stigio oblate sum nobis literę Maiestatis tuę, quibus vltro  
acceritus, ne fas duxi abs p. Munusculo tuam adire celsip  
dinem, imitatus Parthorum consuetudinem, apud quos nō  
licebat quempiam Ire salutatum claros sine munere reges,

Suscipe igitur Augustiss. Princeps Fausto Sidere pro  
Gauria Munusculo bonincontri opusculū poene diuinum,  
Tuo Nomi inclitissimo q̄ libentissime sacratum.

Solus enim tali princeps dignissime digno  
Munere dignus ades, nam tu virtute refertos  
Præcipue insignes bello manortius heros  
Vs p̄ fones, Veluti totum qui vicerat orbem  
Magnus Alexander, Q uod diuus fecerat olim  
Cesar & Augustus patrię princeps p̄ pater p̄,

Hoc faciunt fratresq̄ duo, clarissimus alter  
Philosophus, magno quisumpfit ab herale nomen,  
Presul, cardinea dignus tripliaca p̄ tyara,  
Ingens cui virtus, virtutē iuncta potestas,

Alter Ferrandus bellone ac Martis alumnus,

Gonzaicē hos stirpis illustres gloria quondam  
Franciscus genuit, quo non p̄æstantior armas  
Hector, achilleides Pyrrhus, nec fortis Achilles,

Nec sua degenerat soboles, quę stemmate longo  
Illustres numeravit avos de sanguine Regum  
P̄æcelebris, semper claris decorata tropheis

Sed pro avo superat tua nunc maioribus ausis  
Nobilitas animi, mens & sibi conscientia recti,  
Siue q̄ ingentes annos & fertia facta  
Nomina preueniant, tacitosq; exuscitat ignes  
Æmula seu virtus, rerum & generosa cupidio  
Sollicitat stimulos verę dulcedine, laudis

Sed quia Mæcenas alter celebraris in orbe  
Cantabunt celebres passim tua gesta poete,  
Ingenij decora Alta tui, & vox cognita viuet,  
Dum stabit medio pendens grauis ethere tellus,  
Viuet & ceterno celeber Federicus in ævo,

Marchio, dum liquidas pontus habebit aquas.

L.BONINCONTRI MINIATENSIS  
DE REBUS COELESTIBVS.  
INDEX.

LIBRO I.

- De trinitate.  
De personarū distinctione.  
De verbi generatione.  
De beata virgine.  
De passione Christi.  
De resurrectione Christi.  
Miracula deū oīa creasse  
ex nihilo.  
Non virginis quenq; fatali  
necessitate.  
Prēlūm luciferi cum ange=  
lis bonis,  
Oratio lugiferi ad angelos  
malos.  
Oratio dei ad angelos bonos  
Ordo pugnē malorum an=  
gelorum.  
Ordo pugnē Angelorum  
bonorum.  
Pugnē initium.  
Casus lugiferi et suorum  
Quelibet habere duos an=  
gelos in custodia.  
Infernū locum esse adeo  
factū ad demonas cru=

candos.

Probat exēplo eē tartara,  
Homines esse ascitos in lo=

cum angelorū deperditioꝝ.

LIBRO II.

- De luna et spherarū ordine  
De varijs lunę formis.  
De motu lunę.  
De latitudine lunæ.  
Lunā qnq; motibus moueri  
De luna cum planetis.  
Fabula de endimione  
latmio.  
De raptu, proserpine  
Prognostica serenitatis et  
imbrium per lunam.  
Variari hominum mores  
secundum lunę aspectū ad  
planetas.  
De morbo comicali et eius  
causa.  
De insanis et dæmoniacis.  
De fluxu atque refluxu  
maris.  
Vires planetarum in mem=

*bris hominum.* Venerem retropedare  
DE MERCURIO.  
De progenitoribus Mer= Venerem aliquando fieri  
cury. tardam cursu, quandoq;  
Mercurius facit eris cipi= celerem.  
dos & philosophos.  
Mercurius facit Astrolo= Venerem finire interdum  
gos & magos. anno sui orbis cursum, ex  
Mercurij domos esse iuxta cedere interdum.  
luminarium domitalia.  
Non elongari Mercurium Venerem combusta perdie  
sole a 30 gradibus. suas vires  
Diuersos esse Mercurij mo= Venerem elongari a sole  
tus. partibus 48.  
Mercuriu communicare vi= partibus 48.  
res suas ceteris planetis.  
Mercurius planetis alligna= Venus cum ceteris plane=  
tus quid operetur in mori= tis quos mores tribuat.  
bus hominum.  
Laus Ferdin. Regis et Ara= Venerem preeesse moribus  
gonie Stirpis,  
DE VENERE.  
Veneris splendore omnes nati.  
stellas superari.  
Omnia propter veneris be= Venus gaudet in piscibus,  
mgnitudine nasci et florere.  
Sola stellarum venus facit LIBRO III.  
umbram.  
Venus egreditur latitudi= De Sole  
nem zodiaci.  
Fabula veneris & martis,  
Venerem aliquando fieri

rum peragrat.  
De inegalitate Dierum  
Aliquis in locis esse lu-  
cem perpetuam,  
Signa non equaliter oriri  
De orizonte recto et obliquo  
Loca quædā inhabitabilia  
Solem esse causam genera-  
tionis.  
Solem dare legem meatus  
omnibus planetis.  
Lune non assignatur retro  
gradatio  
An sine antipodes  
Bis posse lunā eclyp. mense  
Prognostica ventorum  
Solē esse regū significatorē  
DE MARTE.  
Ægritudines que ex mar-  
te proueniunt  
Planetas oēs preter mar-  
tes debilitari a sole  
Martem minus retrogra-  
dari quam ceteri planetæ  
Martis ægritudines  
Omne subitū esse a marte  
De marte cum planetis  
De marte per domorū  
cardines.

DE IOVE.

Iouem esse 12 maiorē terra.

Laus Alfonsi regis  
De dominis planetarum  
De faciebus signorum  
De exaltationibus plane-  
tarum.  
De planetarū depressione  
De bonitate iouis.  
Deum statuisse omnia esse  
difformia  
Ammos non subiri astris  
Omnia moueri ab astris nu-  
tu Dei.  
De proprietatibus planetarū  
Animum cuncta regere.  
Increpat christianos qui nō  
mutant gentiliū nomina  
DE SATVRNO.  
Omne antiquum esse a sa-  
turno.  
De dominis saturni.  
De exaltatione saturni in  
libra.  
De Motu & retrogradati-  
one saturni  
Saturnus 8 mensibus est di-  
rectus.  
Saturnum 4 mensibus re-  
trogradari.  
Lux solis omnes superat.  
Solem esse retrogradationi  
causam.

Sol & luna diei sum oculi.  
Mutatio regnum.  
De diluvio.  
De Christi aduentu.  
Aduentus Machometti.  
De saturni & iouis coitu.  
De Saturni et martis coitu.

Ex varijs stellarum aspectibus  
mores hominum fingi.  
Esse hominibus arbitrij li-  
bertatem.  
Pauca possum uti libertatis  
arbitrio.

FINIS

L A V R E N T I I B O N I N C O N =  
T R I M I N I A T E N S I S . R E =  
r u m n a t u r a l i u m & d i u n a r u m . L i b e r  
p r i m u s . A d F e r d i n a n d u m A r a =  
g o n u m . I n c l i t u m S i c i =  
l i g Regem.

N Noua tentantem deducere carmine  
na musas.  
Atq; operire viam veræ rationis &  
artist:  
Te regum Ferrande precor, iustissime Princeps  
Qui quondam tanto bellorum turbine pressus:  
Inuicta fortunæ ictus virtute tulisti:  
Flecte animum, uatemq; tuum ne desere, tuq;  
Nunc meliore lira, maiori carmine virgo.  
Surge precor: nam diua tuum venerada parente  
Te freui: trinum pariter cantamus & vnum  
Et quoniam ingenitum, sic non mortale necesse est  
Esse: sed eternum, sine fine, simulq; perenne.  
Qui prior est omni seculo: primordia summo  
Tu ne quere deo, monet eternumq; manebit  
Et celum reget immensum, terrasq; frerumq;  
Et iubar et currum solis, stellasq; nitenteis  
Simplex esse Deus, non ulli cognitus unq;  
Purior excessu mentis, qui sine coheret  
Principia: & auctis connectit singula rebus,  
Quem primum constat rebus, formisq; creatis  
Inuenisse viam: de quo nunc dicimus: hic est  
Qui celum: & terras: & aucta animalia fecit.

De essentia  
Dei.

A

## LIBER

Ens purū, cui cuncta damus : quod in oībus omniē,  
que subsum caput ipse deus: qui se omnia cernens  
Prospicit, et mundum cum conderet, ante crēdō  
Mente sua cernebat opus succrescere tantum.  
Flumina prona mari, montes ad surgere in altum,  
Et valles imas, campos, sylvasq; virentes,  
Et mare quod magnū terras complectier omnes.

Omnia sunt. Nec conferre locum poteris: spaciūq; notare:  
plena Deo. Quod non ille sua describat imagine Plerum.  
qui q̄q; celum, et terras æquorq; profundum  
Ambit: et immenso spaciatur margine mundi  
Non tamen ille locum signat: sed nos quia summa  
Purior est celi sedes: et purior orbis:  
Diamus ardenti per agrare volumina celi,

De trinitate. Ergo summa dei sedes, summa omnia arca.  
Numina: diuino lustrantur singula vultu.  
Spesq; fides, et amor, radio decorata resurgent:  
Et rectum, et quicquid cessit mortalibus alnum:  
Iuxta obeunt conuexa dei: natiq; potestas  
Mirandum dispensat opus: de lumine, lumen  
Fulget: et amborum proædens fonte per quo  
Spiritus: ut rutilo radiorum splendeat orbis:  
Preapertiq; suo circumuehat omnia motu.

De spiritu sancto. Hic est ille dei vigor hic qui cuncta coheret  
Tempora, qui, mundum certa ratione gubernat.  
Diuus et ipse potens: malus qui prescia sanctis  
Verba dedit, flammata mouens et pectora, dixit  
Tempora venturi Christi omnipotens in orbem,  
Hic triplice prohibet cōcepto in corpore formā  
Vtius: et ex uno trilpices negat esse Figuras

Purus, & ceterus remanens, hic spiritus ille est  
 Occidit, & flammis: volucris & perniciosa aura  
 Totus & auditus, natus totusq; animusq;  
 Spiritus eterni patris, nec distat ab illo.  
 Mens immota dei solo mouet omnia nutu  
 Cum libet in sanctas mentes, & pectora labi  
 Effiat, ut numen trinum credamus in illo.

Hinc patris & nati numerum distinxit ab illo De personarū  
 Sancta fides, diuinaq; dedit de numine trinos distinctione.  
 Mirandumq; deos triples non esse sed unum  
 Perfectum in trino, quod continet omnia sub se  
 Entia dissimiles prohibetq; in nomine formas  
 quod simplex, summeq; bonum summeq; beatū  
 Tantopere humanis quesitiū mentibus: hos est:  
 quod mortale genus terrena mole caducum  
 Fecit: & eternas celestia semina mentes.

Sic pater in trino regnat: sic natus in illo:  
 Spiritus amborum sic notus mentibus almus.

At patrem ne mo certa sine prole vocabit. Pater et filius  
 Namq; referre duo simul hec fateare ne cessē est, sunt correlati.  
 Filius ante patrem non est: cognoscere durum  
 Hæc eadem, nam natus homo de virginis alio  
 Longius a patre est: sed non pater ante putandus,  
 Diuīnum si ferre velis per secula natum,

Mens igitur (nō parua loquor) secunda patrētis De verbi ge=  
 Germen ab eterno patr, quod diuinus, homo quod neratione.  
 Dispar: & alterutrum perfectum fulxit in ipso  
 Maiestate sua genuit: quod sensile corpus  
 Virginis intacte, pectus nec labe peredit  
 Nuntius hoc propter cœlo demissus ab alto est.

LI BER

Qui mandata tulit summi secreta Marię  
Et Christum peperit (dictu mirabile) virgo  
Virgo inter cunctas quae feliçissima matres  
Consilio patris summo ne pessimus error  
Longius acciperet mentes hominumq; Dcūm q;

quiq; erat in patris folio sublimis: et ipse  
Ima petit serui formam deus ipse supremus  
Non veritus, mittis postq; mortalia sumpsit  
Ora sibi: atq; hominum concretos induit artus.

Nil paru hoc melius dic: nil sanctius illo  
Esse reor: potuitq; deo quid maius haberit?

Iterū de Deo Mundus summe parens, placita cui sola voluntas  
et magnificē Causa fuit: cui u cœlum, terrasq; creares:  
loquitur. Lucas inaccesso concedens lumina mundo:

Vnde tibi in genus humanum, sobolemq; cadē tem  
Tantus Amor, pietasq; fuit: quo vietus Amore,  
Inseris humanis te te sub pellibus ipsum.  
Immensa virtute pater nostram ne salutem  
Dans cœlo verbum ēternum: quod se oīa cōplens  
Virginei claustrī intactum(mirabile factu)  
Clauſisti in loculum: clausaq; egressus ab aluo est  
Verus homo, deus ipse tamen rerumq; creator.

De Beata virginē.

**H**unc felix ancilla paris lactasq; beatissimis  
Uberibus: benefausta deū te pōtus: et ether  
Terraq; reginam, et cuncte venerantur abyssi  
Virgo virginibus ne dum prelatas: sed omnes  
Prefigni virtute choros egressa supernos  
Constantisq; animi exemplar: viteq; magistra  
Quid de te referam: tu summum paruula regem

In lucem mundo tribuis: certāq; salutem.  
Si merita laudem tamit; gratesq; referre  
Expediat: non nostra valet mens infima rebus  
Excelsis afferre modum: non nostra facultas  
Sed tua subueniat, nati et clementia nobis,

In cruce ludibrio fixus: tot corporis ielus  
Perrulit: ut nullos sine vulnere liquerit artus  
Sic placitum pater est: animas ut ducere coelos  
Errantumq; gregem vera ad fastigia posse,  
Scilicet ut primę commissa piacula gentis.  
Contractāq; sua labem, aīm morte piaret,  
Ille per excessus ullos non tempora duxit  
Pacificus veluti ad cedem aīm ducitur agnus  
Sponte sua occubuit: sponte et morientia liquit  
Mēbra solo: atq; anima perfecta extraxit ab alio,  
Nec tamen ante culit tantos in morte dolores  
Omnia q; fuerint uacuum prescita priorum  
Expleta: et proprio verborum pondere lapsa,  
Tantus amor generis, legis reverentia tanta  
Soluueret ille nihil prisco de dogmate patrum.

Prosequitur  
de passione  
Christi.

De Resurrectione Christi.

**S**ed mortis penas quis suscepit ulro:  
Et triduo exanimū corpus tellure sub ipsa  
Merserit: et viuum tenues dimisit in auras,  
Mirandum ut primum fulxit lux certia mundo  
Suscepisse animam corporis: que pectore roeo  
Iuerat: et nondum sceptro sublimis in aleo  
Rex erat aut patris solio regnabat Eburno,  
Num violenta petit nigri tum regna profundi  
Bellator: sortemq; patrum miseratus iniquam

Desceſus cliri  
lli ad inferos.

## LIBER

Obscura sub luce premi miseratus auorum.  
Herouq; malos casus post limina ditis  
Diseat: duro fuerant ubi marmore posles,  
Et solidi exacte nitidoq; adamatae feneslrg,  
Quinetiam inferni rabies, carcerq; tremendus.

Non illi valueret deo non amba charonias.  
Non dure leges herebi: non demq; robur

Vmbrarumq; triplia resonantes gucture fauere  
Liberatio san His super exactis, sanctorum corpora patrum  
etorū patrū. Heroumq; animas ab iniquo substulit orcho-

quos longea dies tetra sub nube iacentes  
Presserat: et nostra meliori parte locatos  
Luce tulit: tandemq; dedit sperantibus alnum  
Aspicere. Et sancto compleuit lumine petres.  
Deduxitq; viros apria in gramine campi  
Ad tempusq; sedem: quo lumina solis ouantes  
Aspiciunt: ducent ludos, cantusq; verendos.  
Donec summa dies, qua mundi rector, et autor  
Expectata viris aderit: tum premia reddet  
Debita: ut immenso spacenuit margine cœli,

Apparitio      Inde iterum rediens cœli melioris ad auras  
Christi ad di- Assumpst manifesta deus tum membra sepulchri  
scipulos. Lapsa prius tumulo corpus sublime reportans.

Ostendit sese fratri, qui soluere posset  
Ora ab omnibus ille suo iurauerat ore  
Ni Christum. dura surgente in morte videret:  
Nullius in cursu Messis maculare palatum.

Femina sed primum fertur, viuum remeantem  
Aspexisse suis oculis: sed credere dignum  
Fulxisse in tenebris matri; mestamq; leuando

Illius ex oculis nullo abscessisse dierum,  
 Post etiam docuit magni monumenta vigoris,  
 Atq; alias lustrasse domos: dum sacra parentis  
 Limina non referans: mire manifestius vltro  
 Discipulis tandem flammarum expectatibus alnam  
 Fulxit, et incessu reddit manifestia prioris  
 Signa dei, non ficta ferens, sumpta ora per auras.  
 Namq; palestina dydimus: fratrig; Iacobus  
 Apparuit (non falsa loquor) suscepitq; montis  
 Signa dedit: lateriq; suo mirabile vulnus.  
 Effulxit Thomae: qui non remeasse iacentem  
 Crediderat, viditq; deum: vulnusq; retexit  
 In lucem: tandemq; tulit super aethera corpus.  
 Atq; immortalis cœlum penetravit ad omne.

Conclusionem insert ex premissis miraculose

Deum omnia creasse ex Nihilo.

**N**on igitur dubium, certarenti talia mundum  
 Hunc huiusmodi genit, rebusq; creatis  
 Equoraq; et montes, et flumina natu lacusq;  
 Omnigenumq; genus pecudis, piscesq; natantes  
 Et leuibus volucres volitantes aethera penitus  
 Hinc ortus sumpsisse suos: hominesq; Deorum,  
 Et consanguineo mentes de semine factas  
 Accepisse suam diuino a fomite vitum,  
 Ergo dei Impiuimense: atq; imensa potestas, Conclusio.  
 qui cœli quotiens specula despectat ab alta  
 Et mare veliuolum, terras, atq; arduus, imas  
 Tartareumq; chaos solo mouet omnia mutu,  
 Ac licet invicto supererentur cœtera fato  
 Mortalesq; ferant casus fata impia nostros,

L I B E R

Solus at omnipotens pessum tenet omnia fate  
Horribilesq; suo compescit numine parcias  
Nec dubium quin cuncta deus conuoluere posset  
Et celum: & terras: urbes: hominesq; ferasq;  
Si velit: & summos celi referare meatus.

Non esse opti Sed decet authorem rerum meliora tueri  
mi Creatoris Mitia qui cunctis prebet sua semina terris  
tendere ad per Et largas sortitur opes: illiq; voluntas  
mihiem.

In melius: meritis pensans ex tempore Dona:  
Condignas sceleri reddit pro criminis penas  
Quas tamen haud sceleri pariles, e quasq; rependit  
Nec subito manus ipsa dei descendit ad iras,  
Expectans si cessa malis, vis summa nocendi  
Errati maculas, & noxia crimina purget,  
Sed cum nulla boni spes est: & nulla salutis:  
Nec sufferre iuvat: misericordia tum deniq; vindex  
Improuisus adeat, precibus nec flebitur ullis.

Merito deum Et merito exardet diuina potentia contra  
irasci contra Humanas miserum mentes: quas ne premat error  
malos: Vim dedit his animaq; bona, petere alta Deorum  
Regna polit: dominumq; suę cognoscere uitę,  
Et morti non esse locum: pemisq; grauari  
Exacto vitę cursu: tenebrisq; sepulcos  
In maiora dari cęco sub carcere vincla,  
Venturamq; diem: qua nox suprema labores  
Ocabit vitamq; simul: nos vana putantes  
Numina magna dei: mentem conuertimus omnem  
Ad cupidos animi mowis: blandamq; iuuentę  
Forunam: labiq; dies non aerimus, qui  
Immemores, seu asq; cholo vigilare sorores.

O æcœ rabie mentes: o pectora dira  
 O cupidos animi notus: rimumq; feroes  
 quid struitis tantis opibus: tantisq; periclis:  
 quid tum sollicitati rerum: non certius ipsos  
 ire dies cursu celeres: et tempora vitæ  
 Perdere nos miserios: nulla ratione manentes.  
 Sed pecere occasum pariter cum lumine solis

Nam postq; inimicis nostros mors occupat artus, quælibet abs  
 Durus et in terris labor et miserable fatum  
 Strahi a suis  
 Obiecit se genitus: fastusq; resumptus passionibus.  
 Tum quoq; pervarias mortuæ est mens impia cedes,  
 Oppressitq; caput fastus: tumidumq; veneno  
 Pectus: et in cupiditas exarsit lingua querelas,  
 Contemptuq; suere boni: sanctumq; recessit  
 Omibus: et terras animos deiecat ad imas  
 Nec ratione data, verum discernere possunt  
 Innumeris capti illecebribus: erroribus acti  
 Innumerisq; modis decepti: tramite vero  
 Obstrusos retinente sensu, animumq; virilem  
 Et q; magnis stimulis agitatus amoris  
 Et caput ethereas cœli transcendere sedes  
 Atq; frui supero: visu meliora securus:  
 At tamen illecebribus captus: se verit ad imas  
 Linquit et optandum propriæ virtutis amore,  
 Et q; nescit: que sum fugienda beatis.  
 Non tamen hoc propter perdit discernere verum  
 Mentis opus: sed captus ea torpedine fertur:  
 quascunq; in parteis luxus, ardorq; vagantur.  
 Nec secus hi mentem quatuntq; turbine magno  
 Ventorum rabies exercet in equore fluctus,

Homines fie  
 ri cupiditati=  
 bus cœcos.

Non vrgeri  
 que quā fatali  
 ne cessitate.

# LIBER

Quos si docta virum regeret prudentia: nemo  
Invalidus: vi namq; sua (vel ut aggere septus).  
Exasperet varios fluitantis mentis amores.  
Quos si non doctos rerum, culpeq; nocentis,  
Incusare sui natalis fatus videntur;  
Et dicunt cœlo arctari, fatoq; maligno.  
Vrgeriq; polo: sibi nec subsistere vires:  
Aut libertatis mente super esse potentem.  
Cum falsis moti rationibus: omnia veritas:  
Desipiunt: nullaq; loqui ratione videntur,  
Sicut & furor est: fatum culpare: tuumq;  
Errorem, & culpam non cernere: sed malefacta  
Nunc fatus, cœloq; dari, stellisq; malignis,  
Expertemq; sue se se reddere culpe,  
Libertate ar= Nulli sorte datum volitantibus ordine fatis  
bitrii esse om= Ipsiorum perferre vices: sed maxima cunctis  
mbus liberā. Libertas, animus stellis urgentibus obstat.  
Deum omnia Sed sedet immensi non futile author olympi  
videre. Sublimis: penasq; virum, cedesq; nefandas  
Et fas omne videt: nihil est quod crimina cœlet:  
Omne palam quodcumq; facit mens impia diuo ef  
Et meritis pensat pemst: & premia reddit  
Ut suus est cuiusq; labor, meritumq; laboris  
Impius, & cedis, furtiq; minister, & iræ  
Ledens sacra manu: sceleris damnati: adulter  
Non capiunt pœcepta dei, non regna polorum,  
Non requiem sanctis: aptum finemq; laborum  
Ethereoq; frui lustrantis in omnia vulnus,  
Diunas qui ferre velint in carmina vires:  
Metiriq; oculis formam, menteq; supernam

Iam furor est, vlli, p̄ fuit nec gloria nato  
 Nulli concessa est tantœ fiducia laudis:  
 Ut possit secreta dei per currere cantu  
 Aduersosq; illi deducere in arma tribunos,  
 Nec minus hoc potuere viri qui corpore vasto  
 Titanes: sibi summo dare bella tonantū,  
 Quamvis summa uiris fuerit prudentia belli  
 Nonne & celicolis nocuit voluisse: sed istis  
 Ob fuit et formæ spes animusq; superbis  
 Contentus non sorte sua, cœliq; decore  
 Hi iam passa ferem deiectas æthere turmas  
 Decessisse choris, hominiq; dedissi beato.  
 Magnum iter ad superos: cœli melioris ad oras.

Hec mihi (sed q̄q tremor occupat) alta referre  
 Et animus: nullo vatuum memorata priorum  
 Q uod si canorum nullos fuit ante per annos:  
 Nec mea tam magnis satis est facundia rebus.  
 Non minimum voluisse tamen: nec parua feretur  
 Gloria: sublimes animas celebrasse canendo.  
 Sed tamen audentes deus adiuuat, ire per alta  
 Sydera sollicitam animos loca lucida, aniorq;  
 Et spes firma dei: quoniam res maxima cordi est:  
 Atq; agitur pater alme tuę victoria partis:  
 Adsis: tum placida celi de parte refuges.

**D** Prelium Luciferi cum Angelis bonis,  
 Iuinum aggredior bellū: quod lucifer altis  
 Mente tulit, partesq; sue fecere rebelles  
 Nam memoranda fuit quondā sup ethera pugna  
 Principio cum cuncta deus digessit in orbem  
 Dicte vos superi, que nam discordibus armis

Ingredientur  
 materiam ex=  
 pulsione Luca  
 fri.

Causa fuit: suosq; nefas facinusq; malignum  
 quis tunc armare manus in prælia iussit?  
 Nam nec tunc populi regnum, regesq; petebant,  
 Non aderamq; duces raptores culminus alii,  
 Nec bellum fuerat: uobis nam tempore in illo  
 Astra locum, stelleq; dabant, et concava celi,  
 Si luit summi faciem spectare tonantis  
 Atq; globos lustrare datus, sedesq; supernas  
 Cur illis aliena fuit sententia mentis?  
 Discordes ne deo fecit furor impius?anne  
 Liuor, et ingratus meriti labor, arma dedere,

At non in superos eadem sententia cunctos  
 Aut animus violare dei sublimia templa  
 Mes erat, atq; truces effundere in agmina turmas  
 Sed seruare locos, et aperta volumina celi,

**Discordiam me** Pro se quisq; polo non equis viribus, illa  
 morat Ange Contulit arma die: mitis pars vna deorum  
 lorum. Sunnum noctis locum: contenta et forte beata  
 Haud infecta malo sceptro, pars impia magni  
 Longe aduersa dei: soliumq; Perofa tonantis  
 Discordes habuit sacrato a principe mentes.

Nec tamen audendo dux absuit, vtq; potentem  
 Nacta ducem: vertit superas hoc criminis sedes,  
 quis putet heu tanto conuersas turbine mentes  
 Et tantum potuisse nefas subuertere diuos.

Primus ad excidium patris regisq; superent  
 Protrahit in medium legiones: et sua lustrat  
**Luciferi sce** Agmina: deq; omni coneraxit robora celo,  
 lusissefasse cho Namq; inter tuos diuos, mentesq; beatas  
 ros memorat Labinur infandum crimen: serpitq; veneno

## PRIMVS.

Paulatim carpens sublimia te & a tonantis.  
Millia quot cœpit scelus insatiabile diuum?  
Quot medium tenuere locum? formidine turpi  
Agmina quot trepidare menit: quot millia aperto  
Marte ruunt: numerus turbæ non conscius omnis  
Felicis bellii nec pugnæ aduersa tremescit  
Tantum fama decens potuit suadere malorum. Comparatio.

Non aliter magnæ matris confistere natæ  
Ad Louis imperiunt nixi sunt:arma deorum  
Non veriti summi regis nec fulminis icthus  
Quam fera cœlicolum molitur prælia turma:  
Cum super impositum pyndo subuertat olympum  
Ira Louis: tetramq; dedit sub tartara pestem.

Sed noluisse paru est: diverso ex ordine fontes choris Ange  
Cesserunt: armisq; aulam impleuere capacem  
Horum non similis species: non una figura  
Namq; alij flammis similes alijq; coruscis.

Chrysolitis: cindene alij: volutumq; per auræ.  
Et leuibus pennis possunt transcendere montes  
Astreumq; genus cunctis: sed gloria honorum  
Dispar nec similis virtus similisq; potestas,  
Incenti bello: proprios liquere rotatus,  
Atq; ausi similem regi componere sedent  
Infremuere locis: & cœco marte feruntur,  
Altera sed postquam numero perterrita pars est:  
Non longe cessere deo: namq; infelix factit  
Extimuit nouitate mali: fremituq; se auto  
Indoluere malo: & cœlum impleuere querelis,  
Nec seculis alma cohors pauefusa e turbine tanto  
quā si pacificam turbasset lucribus urbem.

Angelorum.

Ex omnibus  
choris Angelorum fuisse  
parte cum lu  
afero.

Comparatio.

# LIBER

Hostis in aduentu: fuerint per rura, bouesq;  
Agricole & leti, carpentes hordea campis:  
Exoritur clangor: per calvo & pectore: vox est  
Redditus: vianos hostes per currere campo,  
Expediunt se Interea magno motu cælum omne repletum:  
Festinantq; ali currus aptare iugiles  
Armariq; manus: & equos agitare furentes  
Hi peditem firmare locis: aditusq; Tueri  
Hilapides: ignemq; ferunt, enseq; coruscos  
Pars galeas aptat capiti: parmasq; sinistris  
Expediunt: pictasq; humeris aptare pharetras  
Ornanturq; duces auro, forteq; tribuni  
quid fecerint Ast ali reges quos non tulit impius Ardor:  
boni Angelii. Et quos alma fides infensos fecerat hosti

Vndiq; concurrum, medioq; ex hoste furenti  
Inuenere viam: summi quoq; regna tuentes  
Spem pacis fecere suis. regiq; superno  
Conueniunt: pronteq; animis in prælia turme,  
Hinc spes: hincq; metus, collecto & robore quisq;  
Nixatur propriæ vires adiungere parti.

**P**Oratio Luciferi ad Angelos malos.  
Rima rebellatum spesies inimica suorum  
Hic monitis armare duces: & reddere promptos  
Audactsq; parat. non villo fædere iunctos  
Esse deo: vel sola fides sit testis Amoris  
Affactusq; mei: scelus absit: testor & ipsoſ  
Hos non diuitijs, odio non bella parare  
Non regni cupidos: sed libertatis Amores  
Quam colimus, dux omnis erit: manus ipsaq; nobis  
Par superis: non ille Deus qui maximus author

His bello melior, sedeat semperq; sedebit  
 Regna tenens quecumq; poli, nos sceptr'a vereri  
 Inferiora pudor, virtus en demiq; nostra est.  
 Quanta sit in superos: q;s prælia nostra reprehēdet?  
 Nam cœlum quod cumq; micat fulgenibus astris  
 Auxilio nobis aderit, qua vertitur axis.

Squameus, ac serpens stellis ardentibus errat. Serpens.

Et per utrosq; polos horrentia terga retorquens.

Labinur, hic omnes habitantes ordine formæ.

Cælicolum: nostre partis: sunt insuper ipsa.

Dispartita locis astra: et que plurima fulgent.

Signifero: fulctus gladius armatus orion. Oryō.

Centaurusq; ferox: et que leo torrida flammis. Centaurus.

Ore gerit. Gradius item qui promptus ad arma.

Impatiensq; moræ: ne pam trahet: atq; rubentes. Nepa.

Gorgoneos visus: et ædere recentia sœna. Gorgona.

Astra meduseo subtineta et sanguine, et ipse.

Perseus, Alades, gelidaq; lycaonis arcto. Perseus.

Miclo alias cœli luce, et frigida aquari. Hercules.

Humentisq; seuis saturni sydera: et vrnas. Arcton.

Et cancrum ottipedem nec non geminosq; triones Vrna aquarij.

Egocerontis ophim: cygnum mediaq; volantem. Ophis.

Austrina sub parte aquilam, corruumq; capramq; Cygnum.

Quosq; argina mari vexit prius alta carina. Aquita.

Pelias hic primum, geminos quoq; sydere iunctos Coruus.

Tyndaridas, qui bella gerent: si verteris axem. Capella.

Hic omnis celi faties: hæc sydera nobis. Nauis argo.

Suppeditam vires animo: quis impia sument. Castor et pol.

Bella: quibus dubitet labi, vel sistere contrari lux.

At terre in medio locus est, ubi torrida flammis

LIBERTY

Cerbarus : Estuat omnis humus: quem cerbarus ore trifauci.  
Charon. Flaminuomq; charo; nec nō rhadamantus, et ipse  
Rhadamātus Pluto habitare, sedemq; suam nouere futurant:  
Pluto. Hos aditus seruare placet: si forte deorum  
Conalium hesperidū nymphas, satyrosq; vocaret  
In pugnam, deus ille potens qui rexerat orbem.  
Nymphe. Hi mibi si forces anime, si prælia poscent:  
Satyri. Aut inimici gerent rigido certamina campo:  
Preſidio stabiliſſime: uos arma parate  
Tamen animis opus est nobis: res cetera perget.  
Dixerat illa ferox mixa est: sed viribus impar.  
In superos afferre manus: & vertere cuncta.  
Postq; ſumma dei virtus, & ſumma potestas  
Inflammata videt cœli penetralia puri.  
Atq; ſuos pauitare metuit nec querere pugnam.  
Indignans non iusta malos capere arma ministros  
Indoluit: tantum facinus patrassè nocentes.  
Atq; hęc purpureo tandem ſic futur ab ore.

Oratio Dei ad Angelos bonos.

**N**on ingrati mibi fuerant ope ardua mūdi  
Cū primū cœlū, et terras, equorq; profudū  
Inſtitui: formasq; dedi generantibus aptas,  
Quiq; erat, est, & erit, pariter qui fecit & ipſos.  
Cœlicolas habitare polos: ſtelleſq; moueri  
Magnus & ipſe deus, nostri quoq; numinis instar  
Letus erat tales cœlo discernere turmas  
Nunc quod prava ſuos infecit flamma rotatus:  
Oppositamq; meq; querunt conſistere ſedem  
Diſplicet: & tantis maculari a mūlibus eſdes.  
Etherreas, mente mīq; dari non omnibus eſquam.

Ergo

Ergo perpetuo pestem hāc sub tortura mittam  
Exercentem iras gentemq; in regna beatam.

Adsciscam: comitesq; pares lucisq; boniq;

Efficiam: regnumq; meum commune locabo,

Quare discedant toto de pectore curet:

Et metus: arbitrij, libertatisq; potestas

Vobis nulla aderit: sed firma mente voluntas.

His contra adiaciam fastus, mentemq; malignam. in gratia

Ne videant ceci rabie pleniq; furoris.

Impia semper agent: menti et contra nostra

Vos vbi diffugient per aperta palatia cœli

Ite boni lustrate choros, saltusq; repositos.

Siue hos Arctophilax, vel fluminis orbita magni Arctophilax

Siue Draco squamosus habet, vel candidus ales

Draco

Seu lateant seu martis sub fidere teletiz

Padus

Gorgonis ora super: vel playstra bootidos alti

Mars

Querite: celesti longe pellantur ab aula

Botes

Vulneribus crebris, et aperto Marte premantur.

Effugia ut non villa habeant in parte superna

Dixerat: ast illi sublato murmure, robur,

Atq; oculos efferre suos, inde ocaus omnes

Vt patefacta dei mens, et sententia cunctis:

In pugnam venere boni, fulgentibus armis,

Atq; animis, et mente simul, concurrere prompti,

Principio firmate acies, fortesq; tribuni

Ordo pugnæ

In superos nifronte pares: nam cornua late-

malorum an-

Firmabant acies, et robora fortia fratrum

gelorum

Addebane illis animos: pugneq; parabant

Satan

At satan dextrum curabat in agmine cornu

Belial Mare

Belial in levo. medium mars sublinet, ambo

## LIBER

Ductores aciem firmam. alasq; tribunt

Lucifer.

Lucifer ipse loco paulo suspectior: omnem  
Euentum belli, pugnamq; ex ordine cernens  
Intrepidus nunc hos, nunc illos admonet, & post  
Principia, ardentes deducat in agmine turmas  
Quas postq; mauors fuluis instruxerat armis  
Paulatim conferre pedem; ferrumq; mouere  
Iussit; & armatos primus confertur in hostes.

Ordo pugne At non in furias raptus melioris, & almæ  
angelorū bo= Partis miles erat: nec in exornatus in agmen  
norum. Venerat: aut impar numero congressus, & ordo  
Affuit: & signum pugnæ cum posceret omnis  
Prefectus deus ipse dedit: nam cornua, & alas  
Ipse regens: summis dederat curanda tribunis,

Sic postq; firmatæ acies: & buccina rauco  
Increpuit clangore: tubæ cœlum omne beatu  
Implerant: fremitu tandem: tonitruq; secutor:

Pugnæ initiu. Arma duces, omne sq; simul mouere phalanges  
Concurrunt: geriturq; manu res: prelia miscent  
Centurio, Princeps pili, peditesq; sequuntur,  
Bellatur, certantq; loco, ferrum omne coruscat.  
Fit gemitus: fortisq; adiunt: & sanguine cœlum  
Oppletur: tabesq; fluit permista cruxi,

Non efferre libet que vulnera: que ue cädendo  
Acta lues superum, pudor hos, spes inde premebat  
In longum conferre diem mota arma duelles,  
Hoc propter vario certatum est robore casu:  
Certa nec aduersæ steterat victoria paru

Pro pudor en quis erit mecum: qui prelia sumat  
Exclamat Michael: mediosq; infertur in hostes;

Michael

Disiecitq; loco instantes, primosq; trucidat  
 Hunc Gabriel, alijq; duces fortisq; sequuntur      Gabriel.  
 Ductores: omnisq; ardens exercitus illos  
 Insequitur, vires addunt fiducia, & ipse  
 Omnipotens: qui auct& a suo gerit ordine bella,  
 Magna fides que summa dei penetralia transit  
 Suggestit iusta arma bonis, pressitq; nocentes  
 Qui postq; sensere Deo viresq; manusq;  
 Extemplo Turbate acies: nec sistere contra  
 Aut conferre manum valuerunt: corruit omnis  
 Turba nocens: faianusq; feros fecisse nefandum  
 Apparet: dubiamq; dei tentasse ruinam,  
 Ut ædare duces, & circumuentus ab hoste  
 Lucifer: & nullam vidit superere salutem      Causa luciferi  
 Corruit: & misere didicat non posse furorem  
 Ferre suum: lapsusq; graues descendere olympos:  
 Multa gemens, summumq; poli metinur ab imo,  
 Vtq; alij cedere loco: faciesq; grauata      Mutatio for=marum dæmonum.  
 Et decor omnis abit: subitus aramstet horror,  
 Oppressit meror mentes: & pectora cœta  
 In rabiem vertere manus: auct& furentes  
 Accepere feras tenui pro corpore formas,  
 Horribiles visu auct& gibbosaq; ventris  
 Ingluuius: pectusq; cauum: tum gucture flammis  
 Emitunt: vnciq; manus, & vellera dorso  
 Ardentesq; oculi, suffecti fanguine, & igni,  
 His etiam sine fine dolor, lucliusq; metusq;: De pena de=  
 Mens tamen illa fuit que primum redditia auct& monum.  
 Ad penamq; datum solium cognoscere diuum  
 Stellatumq; poli faciem, nec scandere ad astra

## LIBER

Sed uolitare leues per inania regna profundi  
Concessum miseris: & subdere colla catenis  
Nosse moras herebi longas: pœnas q̄ nocentum  
Tortores q̄ feros animarum, carceris esse  
Custodes: qualisq; fuit mens impia diuinis  
Talis pœna illos æterna lege securta est.

Namq; alij flammis uolitant, quidamq; niuosi &  
Montibus exercent fontes: pars sumida iactat  
Sulfur: pars picea grauius conuoluit vnda,  
Nonnulliq; gelu frigent: glacieq; rigentes  
Membra ciente mallemq; lacus nō nosse charontis,  
Nullos pœna eadē miseros premit: aut datur vna  
Diuersæ rerum facies cruciatibus aptæ,

Cum cruciam alios eadem perferre necesse est,  
De Angelis q; sed qui quis sceleri largas non mouit habens  
fuerunt men= Et tacitus voluit suspenso incedere passu  
te dubia

Donec longa dei patientia substituit arma:  
Errantes fluitare polo: nec sistere in alto  
Aspices: imas terræ nec ferre tenebras  
Nubiferos grauioris aquæ demictere nymbos  
Ad terram: & rigido celum conuoluere fumo

Sepius ad magicos soliti descendere cantus.  
Esse Angelos Hi nobis testes aderunt, nox ultima quando  
testes nostræ Corporeos nexus gelida cum morte resoluet  
rum operum. Exactosq; dies vite, cœlestia postq;

Numina iussa deo cordis discrimina poscent,  
Habere quæ= Nam pariter lapa est vitalis corpore forma.  
libet hominē Ether eoq; fluens cœca se condit in alio  
duos Ange= Inscia: nil retinens prisca virtutis: & alti  
los in austro: Quisq; duos sumit cœlesti ex ordine diuos.

## PRIMVS.

II

Aduersosq; tamen: q̄q; his est magna facultas      diam sui cor=  
 Consilij suadentq; bonum facinusq; malignum      poris.

Vnus et ad curas exercet corpora fœdas,

Alter in oppositum suadet meliora: sed istis  
 Creditur (vt referunt) hominis benefacta, nefasq;  
 Siue nestanda viri, seu sint meliora fecuti

Non alios sumet testes deus ipse supernus,  
 Cum repetat culpas nostras, causasq; malorum,

Tanta fides illis, tanta est reuerentia cœlo,

Ergo quid dubitus scelerate hec crimina vite

Prodere, dum viuis; culpasq; referre priores

Confitendum

esse: a sacerdo

Atq; sacerdoti grauibus subambere supplex

teq; veniam

Et petere auxilium miser, omnibus ille supernus

implorādām.

Arbiter addit opem. tamen et si debita fiant

Obsequia in dominum: cordis quoq; pura voluntas

A dfuerit: nulleq; premant tua recta rapinæ,

Quas nec eglando, nec si non reddere promptus:

Ne quicq; domino confidis: nulla salutis

Gratia, nulla dei poterit succurrere presto,

Sed dabere in predam custodi corporis illi

Qui tibi consuluit facinus: qui crimina suasit

Ille ubi te rapiet: ventis discordibus, igni

Frigoribusq; gelu, cum turbine grandinis himbri

Supponet te te merito, flammisq; cremabit,

Sin tua facta magis fuerint laudata superno,

Te feret ille ales cœli ad sublimia purit:

Qui benefacta tibi suggeſſit lumine vero,

Nec mihi vana fides bis quinos lapsa p orbes

Numina cœlicolum. totis cœdiſſe diebus

Et cœſiſſe loco: terrasq; petiſſe profundas:

## L I B E R

Infernosp lacus, mestissima regna charontis,

Infernum locum esse a Deo factum

ad Démonas cruciandos.

**H**oc propter, medio patuerunt subditu terre  
Tartara tumq; lacus picci, flegetontis & vnde  
Ardentes: quo flamma leuis bene sotibus apta  
Eternum cruciat sceleratę crimina vitæ,  
Mira quidem (sed vera) cano, mirumq; (refindi  
Per medium terram) dictu, quo turba furentum  
Concidit: & vastas orci penetravit ad undas,  
Non tamen incassu paruo deus astral resoluit  
Telluris, magno celi sed murmure, lapsus  
Aera per medium succensis ignibus ardor,  
Nubila disiecit tonitru: flamasq; resoluit,  
Et per cassa graui fertur tunc fulmine tellus.  
Et tremuisse solum vi tamq; molis & iclu,

Vt via sit medio terræ patefacta subimo,

Tunc & cretoes montes, Cyprumq; feracem  
In medio cinxit pontus: tum dira catybdis  
Trinacrium a calabro secrevit margine litus;  
Nam mare quod terram magnū cingebat in orbē,  
Ad pinxit glatiæ fretum, lybiq; reductus.

Nec fictum est: atro terre sub carcere flamas  
Sulfureosq; lacus, & tartara fœda patere,  
Et premere insontes, & penitus tundere fœdis,  
Et qd nulli certo sum limite noti:

Ethna tamen testis flammæ, & vulcania monstratæ

Probat exemplum Fulgura: labuntur que summo a vertice montis,  
Plo esse tur = Vidi ego cum navi liparas tum forte petebant:  
tar a. Flammorum volitare globos, & labier alto

In pelagus: timidosq; metu pallef cere nautas,  
 Et gemitus stridorq; virum (mirabile dictu)  
 Sepius audiri solitus: clamorq; gementum,  
 Non mihi si muse dederint in carmina vires,  
 Et magnis resonet fidibus crinitus Apollo,  
 Hos possem memorare locos, cecatisq; cauernas,  
 Et q; firma quidem sedet hec sententia menti;  
 Esse sub ignoto terrarum carcere manes  
 Terribilesq; deas scelerum, auraq; grauantes.  
 Que nullum possum unq; miserefcere fontem,  
 Nec pietate graues licatum suspendere penas,

Ast et si vario cruciatu vertitur auraz  
 Terribilis lucisq; carens dicta aula profundi  
 Fœda iacet: rigido versans et cardine postes  
 Ad negot ad superos quemq; conuertere gressum,

Sed si force libet numerum cognoscere: quotq;  
 Excederint cœlo formæ mentesq; nocentum,  
 Millia quoq; pleuis circumfluus occupat aer,  
 Non ea nosse datum, veluti si sydera cœli  
 Connumerare velis: disiectam fluctibus altis  
 Aspicias bibulam, vel si per lictora arenam,

Concessum est homini solijs consistere in illis  
 Vnde simul cœdere deum tot millia ad imum.  
 Frenanti lingue rabiem, capitisq; superbi  
 Qui ieat fastus: discens sub pondere leges  
 Esse boni, victor q; suas compescuit iras,  
 His patet facta dei sedes, his ampla videre  
 Regna poli licatum sanctumq; videre tonantem,  
 Ether eoq; frui lustrantis in omnia vultu,

Sed quid ego admiras summi genitoris aceruū, cum diuis,

Homines es= se ascitos in locum ange lorum de= perditorum

Dare amicta mortalia lo=

## LIBER

Con numero secreta poli: non turbidus austera;  
Non boree flatus: non fumida sydera celi.  
Illi obstante: dant amicta locum mortalia diuis,  
Salicet & furor est, si quis comprehendere credat  
Posse dei secreta, putet vel promovere versu.

## LIBER SECUNDVS.

Nclite Rex vatem maiora ad, di=  
Eta vacantem.  
Et per inaccessas audentem carni=na ad artes

Dirige: si celi formas (si consitus ordo  
Stellarum iuuat) & varios comprehendere cursus;  
Errantesq; polo diuos: si fata, diesq;  
Extremos vite, causasq; videre latentes:  
Huc mentem conuerte tuam, non bella Gigantum.  
Hectora non canimus: Xerxis non casira: ducesq;  
Hannibalemq; ferim: nec prælia Cæsaris villa:  
Tritum iter, insolitus iuuat exercere camænas  
Ad numeros: nulli vatum debebimus ora;

Proponit hoc Principio pater omnipotens (vt legibus orbem,  
pro fundamē Flegetret: & mundi moles operosa maneret)  
to earum re= Sublimes celo statuit, stellasq; globosq;  
rum que di Erratum: quibus & numeros, & nomina finxit,  
eturus est. Naturamq; illis prefecit: vt omnia certis  
Deum prese= Temporibus mundo starem: variantibus astris,  
cissem naturam Concretas terre formas, quibus insuper addit  
omnibus re= Eternos cœli motus: ne singula possent  
bus. Ferre vices: vel sponte sua mutare figuræ,

Subiectq; polo terras, mare flumina, & ignes  
 Aereumq; globum, flatus, herbasq; virenteis,  
 Et quecumq; suo duat de semine tellus,  
 His hominum finxit mores, & corpora & omne duc.  
 Fortunam: & casus varios: vitamq; diemq;  
 Extremum: fati seriem finemq; laborum,

*Que quoniā certa libuit ratione moueri,  
 Et te nosse iuuat, celi secreta rotantis  
 Huc totus animi vires conuerte priores.*

## DE LVNA &amp; sphaerarum ordine.

**P**rima poli series, celestis conscientia motus  
 Voluit ardoris circum confinia flammæ  
 Extima, cui tellus pendet deicta, fretumq;  
 Aera tum liquidum, flammæ quoq; purior ignis,  
 Ethera post nitidum montis confina signans  
*que circum æterna voluuntur lampade flâme,  
 Insignesq; deum spesies: stelleq; potentes,  
 Vndiq; terrenam molem lustrare quotannis  
 Et claros afferre dies: noctesq; serenas  
 Reddere. & ambiguos deducere motibus ortus.*

Prima deum terras alieno lumine Luna  
 Circuit: et varias patitur pro tempore formas;  
 Que q̄ nullis per se dat lumina terris  
 Et densum, rarumq; suo sub corpore signat.  
 At tamen illa vagis flamas a lumine solis  
 Suscipit: ambiguos pandens super æthera vultus.  
 Aurea nam primo monstrat sua cornua celo  
 Falcatosq; sinus: parua cum luce reflexit,  
 Mox quoq; purpureo paulatim lumine crescens  
 Dum septem reuoluta dies: quartamq; figure

De varijs lu-  
ne formas.

## LIBER

Albicet: inde sue reparans confinia formę,  
Emicat orbe dato ter quinis lapsa diebus,

Nec seca illa polo fulget: q̄ lumina solis  
Esse vides, totumq; suum mox luſtrat & orbem,  
Sic magis accensa: & fraterne lampadis instar  
Accipit oppositos lucentis syderis ignes,  
Decrescensq; suum paulatim diggerit orbem  
In p; nouas formas iterum se vertere cernas,  
Vt doceat phœbum proprios minuisse niores,

Lunam nō vi At latet, ardenti postq; sub lampade solis  
deri posse cū Non cerni nosciq; potest: non promere vultus  
est sub radijs Maiori submissa deo: nec reddere lucem;  
solis.

Nec quas contraxit concreta mole figuras,  
Donec continuaſ adnitens motibus: erret  
Inuia per superos: & noctis opaci profundę,  
Itq; duos obscura dies: vix terna resurgit,  
Et tamen obtenuis. cornuta & cuspide fulget  
Eregium celi lumen: visuq; Decorum  
Et varie semper ſuſpenſo vertice fulgens

Humanas miro fruſtrans cum lumine mentes,  
De motu lu- Instituit deus omnipotens (cum conderet aſtra)  
næ. Menſtrua Luna ſuum ſpatioſis orbibus orbem

Perlegit: & lucem ſemper contermina phœbo  
Perdit: & inde (ſuo renouato ſydere) terras  
Circuit: & tenues in longum porrigit arcus,

Hęc etiam pigro ferunt per concava motu  
Interdum & celeri glomerat vestigia curſu  
Inuia mortali per agrans loca: lucida calcans  
Concavatum ſummo celi ſubuenit a rotatu  
Signiferi querit bis ſex animalia cieli

Sepius hesperias precepit lapsura per undas  
In catu; purpureas querit Conungere metas,  
Inter dum liby cas fertur tardissima ad oras,  
Syddonia visura nurus, dextraq; relinquens  
Solis iter: gelidam non unq; concitat arcton,

Sic igitur varie currentibus orbibus acta  
Signiferi partes nunq; transcendit: & ipso  
Limite non fertur medio: sed longius errat,  
Ne phoebi callem medium finesq; pererret,

E cenerumq; ferunt Lunę inter concava ciclum De circulo e=  
Telluris, media signorum a parte remotum, æcentrico lunę.

Nemirere nouis fingentem carmina verbis Exclusio.

Sifruor, externa & si nomina singula cælo,

Sic opus est, res ipsa monet: ne quere decorum,

Ornari musis vetitum, iam notior illis

Ars erit: & motus varios tu conape giris,

Quos vulgi fauor ambiguus, veteresq; dedere,

Lunaybi sub taurō graditur: tellure remota est Exaltatio lu-

Hoc ideo taurō gaudet: taurōq; beatum

Illa sibi regnum terna sub parte locauit,

Sphera tamen medio terram suppressit, at orbis

Quo graditur: terræ non est conterminus usq;

Magna per anfractus. & partis denia, cura est

Precipites cœli motus, paruosq; Epy ciclos

Flectere ad obliquos arcus, terrenq; figuram,

Nam vehit illa super curru: vehit illa sub imo

Et proprietor terræ spatio breuiore rotatur,

Ante pares Geminū stellas sum cornua tauri longior à ter-

Insigni flammati choro: pluivialibus astris

Vergilias dixeré patres: qua concipi ignes

Lunam inter  
dum esse me  
ridionalē in=  
ter dum septē  
tionalēm.

Lunā nō fer=  
ri ex ira &  
diaci latitudi  
nem.

De circulo e=  
æcentrico lunę.  
Exclusio.

ne in iij. parte  
tauri.

Difficile ē lu  
ne motus in  
uenire.

Vbi Luna sit  
rg. emro.

# LIBER

Flammescens meliore loco: currusq; recuruos  
Exercet, tardo motu: nam semita maior  
Longior a terra: rigidos dat in æthera motus,  
Lunam quin Hos non illa globis tantum sublinibus affert:  
q̄ motibus mo Sed quinis agitata modis: modo fertur ab uno  
ueri. Eo a sub parte celer: modo proxima terræ,  
Interdum properat solis contangere currus.  
Et mergi occasu: paruoq; voluta epyacio  
Gaudet equis iuxisse rotas: illoq; reflexa  
Precipiti fertur motu: bis mense per errans  
Concava: q̄ gyrum sphere per agrauerit omnem,  
Adde quod in boreā prono vehit absyda currus,  
Et rapidum cœli cursum sphereq; morantis  
Et parui ad terram cycli non linquit: et illo  
Voluitur: vt certos referat super æthera motus,  
Quid opere Ottipedis cancer si forte effulxerit igne,  
tur luna in si Et dea sit fortis motu: nulliq; maligno  
gna cancri. Peruia, nec phœbi flammis obnoxia: mira  
Largitur tum summa viris, nam maxima prebet  
Munera: tum fasces, & regna potentia donat,  
Et populo gratos reddit: plenosq; fauoris,  
Luna cum Io At si forte iouis radios suscepit almos  
ue. Tunc regum largitur opes: nunc cedit honores,  
Prebet amicitias, & vulgi prestat amorem  
Luna aspecta Pessima si martis radio, grauibusq; figuris  
a Marte et sa Saturni occurrat: cum fulixerit orbe repleto  
turno. Infandam genitis clabem, labemq; minatur,  
Luna cum ve Æmula sed veneri fertur, namq; inuidia Lucifer  
nere. Illius aspectu succenset: & orbita q̄q;  
Ipsa minor: lumen veneri, gyrusq; decusq;

Maior, at est veneris succensus purior ignis,  
Atq; locus cœlo summus, & orbita maior,

Sed formæ variam aspectus, & omnia sunt De aspectu  
Ut quisq; est Lune radio bene iunctus & atro, planetarū ad  
Hi nummis, formaq; vigore (qua diuidit orbem lunam.  
Linea) si currat ferialis: vel recta refindat  
Errandum lumen: contra vel sumperit illud,

Cum simul occurruunt trimodi dant optima natis,  
Sextilis iuuat exiguae, conspectus & ipsi  
Oppositi quartiq; nocent nascentibus, ambo  
Infortunantes videant si lumina phebes,

Hec inter Cupidos, endy mona lufit, amantes, Fabula de en  
Cum non iequali lustraret lampade terras ldymione &  
Dum sequiturq; deam, per deuia rura vagando luna,  
Per loca plena metus: per & ipsaq; deuia montis  
Feruidus, insomnis non cœpit nocte quietem.  
Non illi studium gemmæ, non diuitis auri  
Cura fuit: sed sancta Deum perquirere templa  
Et su perum flamas, & feruida sydera cœli,  
Multiplices Lune facies miratus ab imo,  
Terdenos coluit reuolutis solibus annos,  
Ergo non studiun tam longo tempore crines  
Pectere cura fuit, dulces non carpere somnos  
Sed pluialis aquæ patiens: aquilonibus horrens,  
Sepius herboso potuit requiescere lecto,

Viderat hanc ignis iuxta confinia ferri  
Inter conuexum flammæ leuioris, & orbem  
Stibontis: varioq; globo circum dare terras  
Imparibus spatijs lustrantem: & concua cœli,  
Interdum minimis signantem cornua flammis,

Endymionē  
ferunt per 30  
annos amasse  
unam,

## LIBER

Et velut amissam mestum perquirere olympum,  
Incertumq; vie; quo cornua flexerat orbis  
Nunc oculos mentemq; simul super astra ferebat,  
Omnia vinit Omnia sed postq; vici sollempnior usus  
pertinax ait: Et labor, & studium, quod perficit omnia, velle, &  
rati, & diligēs Vim dedit: ut motus posset comprehendere certos,  
opera: Atq; aperire vias omnis, quis diu feratur,  
Vigilia et stu Tannum illi studium longeui temporis acre  
diu ferre hoc: Attulit: humano licuit comprehendere sensu.  
Quo ferat orbe rotas: hic mundi mensa primus  
Transfiluit: magnumq; deae penetravit ad orbem,  
Et varias vidit vires, variosq; meatus:  
Multiplices q; illi sub eodem sydere formas,

Hæc via sullimes animos ad sydera vexit,  
Nec non & doctas qui quesuere per artes  
Nature causas: & frontem angere lauro  
Castaliq; latices ausos contingere fontis.  
Et plures quos nulla quies deduxit ab alto  
Miratos celi spatiem: fragilemq; videntes  
Terrenq; fecis tabem, vitamq; fluentem,

De tribus Lu Sed me Luna vocat cœli ad sullimia, et orbes,  
ne nominibus Illa polo fulgens, terris, hereboq; profundo,

Nomina trina tulit: proprias sortiti figuræ,  
Nam quod fraterno fulgentes lumine vultus  
Præbeat: & solis radios imitetur in alto  
Dicebant patrio veteres sermone Dianam,  
Quod ferat Alma diem cœlo subuenienta sereno.

Sed quod ad infernos manes, & tartara ditis  
Lucida purpureos vultus subuixerat olim  
Infernus echate nomen suscepit ad orchos,

Diana.

Echate.

Hæc Iouis inferni quondam furor impius herens De rapu pro  
 Visceribus dilecta deo: questa per omnem serpine.  
 Trinacriam: nō sponte dedit sub tartara gressum,  
 Qui simulac vidit radiantia lumina diuēt  
 Obscura sub parte poli, fulgere tenebris,  
 Arripuit diuam, namio succensus amore,  
 Et tandem matris preabus lassatus amias.  
 Reddidit ad superas sedes, lucemq; diei,  
 Quid non virgineo lictum concedere vult?  
 Qui due minus licuit, leges q; soluere ditis?  
 Nam p; ubi bissexno potuit perstringere mensem  
 Coniugis amplexus, rigido & conuoluere saxo:  
 Infera regna tenens, cœlesti lumine parto:  
 Impia dissoluit scelerati iura profundi,  
 Semestre ad superos tantum, ut perfundere posset  
 Alma decus: nostræq; libens regione vagari;

Hæc & virginibus studiosius omnia præbet, Iuno.  
 Coniugium, astrosq; viros placidosq; ministrat.  
 Auxilium primo pueris in limine portans.  
 Et sœtu, & matri, miro succurrit amore.

Hinc Iuno dicta est, magnum celebrata p; orbē  
 Quod iuuet alma viros, hec natu maxima fecit  
 Saturnum genitis primo sub tempore patrem,  
 Siue quod illa Iouis soror, & coniuxq; suprenā  
 Aereos nectens madidis humoribus ignes.  
 Sufficiat gremio varias pro tempore formas,  
 Siue poli series: & eccli traditus ordo  
 Hanc natu tacita faciant ratione preesse,  
 Humida vis quoniam crescentibus apta figuris,  
 Quas solis radius descendens ethere ab alto

Humiditas lu  
 nœ cum ignis  
 caliditate p; re  
 sunt generan  
 dis rebus.

## LIBER

Afferuat proprio motu: et seruata reportat  
Luminibus phebes augendum: que duo cuncta  
Sufficiunt: generantq; nouum de semine semen,  
Atq; quod est natum vigeat in sua tempora factum,  
Dum Lunę radius, solis lumenq; decorum  
Lustrabunt. Convexa poli terrasq; Rotatur:  
Nunq; deficiem generantia semina mundo,

Pronosticat Hęc maria & ventos, tempestatestq; sonoras  
tempestatum. Concitat, & nigra cęlum ferrugine tingit,  
futurarum. Hec etiam causas nymborum noscere certus  
De hymbri: Edocuitq; simul quo sydere decidat hymber,  
bus.

Nam medium quotiens orbis dimensa volumen  
Oppositos cernat phebeę lampadis ignes,  
Vel ter sepmis lustrarit solibus orbem:  
Saturni radio, martis vel pressa maligno:  
Occupat assiduo nigrantis sydere terras,  
Pessima si condat vultus sub sydere aquoso:  
Aut gelidi aspiciat saturni lumina quarto  
Opposito ue loco: vel cum renouauerit ignes,  
Dy superi, & mētes, quibus est in hibere potestas,  
Infandam terris hanc vos depellite pestem.,

Pronosticatse Lucida montanis si forte effulixerit i gni  
renitatis Nec maculis infecta globum porrexerit atris;  
Tunc largas portendit opes: atq; horrea compleat,  
Dum modo felices stelle sua concava lustrent,  
Fieri hominū Sic igitur vario suspectans lumine diuos  
mores secundū: Ferunt, & alternos perflat mortalibus ignes,  
dū lunę aspe: At quotiens marti fuerit sub tempore partus  
etum ad cęte Proxima, vel calido flammeat sydere phoebi,  
ros planetus. Saturni ue semis radio: tum lucida mentes

Imbuitt

Imbuit: et mores natis, quos quisq; Deorum  
Sectatur: proprias artes studiumq; vagantum.  
Exhibit, hinc iustos alios, quosdamq; feroes.  
Acipimus, pigros aliquos, tardosq; videmus,  
Versutosq; alios, p'acida & animamente quietes.  
Hinc artes varie, Nautis, Studijsq; potentes  
Agricolas quosdam, vel ferrea bella mouentes  
Et quosdam mentis vacuos celeresq; calore  
Non nullos: frigent alijs: mens omnibus una  
Nunq; aderit: sed quisq; sua sub mente laborat,

Hac & terribiles horum descendere morbos De morbo co  
Comperunt: subita pressos cedisse ruina mitiali.  
Ad terram: veluti per aissa a pondere magno  
Præcipitata dari, post corpora fœda iacere  
Et resupina solo, mentem quoq; perdere: & ora  
Dentibus inauisis spumantia vertere aram,  
Caligare oculos: tremere artus: labraq; volvi  
Et lachrymas vltro fluere: & conuoluier ieltu,  
Nec sentire tamen languentia corpora morbum,

Hoc & mercurio tribuunt: cum concava phœbes Causa huius  
Non cernat: vel nulla si sit flamma sub ortum morbi.  
Nascentis pueri: vel virginis astra locetur.

Sin fuerit martis radius violentior illuc, De insanis,  
Insanos reddit natos, captos ue furore,

Hanc propter fluere et ponu, remeareq; cernes De fluxu ma  
Incertos pelagi motus, vastamq; caribdim ris atq; reflu  
Ruptantem rapida pontum vertigine & astu.  
flectere sub fundo pelagus, sursumq; referre  
Turbine cum magno fluitantes vertice arenas  
Hec & si scimus cœlo descendere ab alto:

Artes esse di  
uersas se am-  
dum Lunæ fi  
guram ad pla  
netas.

## LIBER

At tamen vnde fluuat, causas aperire parabo.  
Inclite Rex: ne falsa tibi sententia fiat,

**Causa reflus.** Appetit ad similem formam quodcumq; creatu-  
xus maris. Naturaq; dattim: similis natura sequetur  
Humor aque fluidus, Lunæ se<sup>et</sup>tatur acerum:  
Quæ am precepites peragret super æthera motus  
Sic remeare datur, fluitantem crescere pontum:  
Huic vni parem fluctus, motusq; sequuntur.  
Quales diua polo peragrat: sumitq; per alta,

At postq; moti fluctus maris, atq; resumptis  
Ingentes retinere atos, non posse putandum est,  
Æquora cum fundo moueam: referemq; cauernas:  
Vndarum cursus missi de parte profunda,  
Se<sup>et</sup>tantur Lunæ motum, non illa quiescens  
Adtrahit omne mari pelagus: spargitq; per equor  
Principue exoriens, & tractas concitat vndas,  
Donec ad occasum veniat concursus aquarum:

Hos etiam venti pellunt: contraria semper  
Vnda vado: minium vires, augemq; viassim  
Principue cum diua polo sub parte aquilonis  
Atq; nothi sedem peragrat: contraq; vagatur.  
Vnda fluit, sumumq; locum maria omnia complét,  
Hoc & in oceano maius patet, altius æquor  
Tollitur, & maior cumulus descendit aquarum,

Difficile imprimis causas aperire latenteis,  
Et quas doctilo qui certa sub nube ferentes  
Liquerunt: veritu rationem reddere certam,  
Tu modo certa precor rimator mente sagaci,

Multa modis multis aperit natura creatis  
Astrorum influxu: que cuncta manentia ducunt

Virtutes, opus & causas si promere durum est  
 Expediā tamen hēc paucis: ut singula nostri  
 Membra regnū capitū stellę, & cerebriq; potentes, Vires Plane  
 Mercurio ingēnū, Cerebrum Lunęq; dedere, tarū in mem=  
 Saturno auditum Soli cor Pectoris ima  
 Iuppiter ipse regit, nec non causasq; fluenteis  
 bris hominū.

Et Marti attribuit bilem, & que proxima felli.  
 Vnde ire faciles, & cordis dira voluptas,  
 Ac cytherea iecur retinet: Venasq; calentes  
 queq; mouēt auctis venerē, & qua ducimur oēs  
 Adde voluptatem: paucos mens ipsa fatigat  
 Spnere quod cupimus Lunę sumēbra supna,  
 Et caput & cerebrū aucti & qđ nescimus omne  
 Quod mortale potest animal retinere Deorum,

Hec si mercurio non conuenit: omnia perdit  
 Que tribuit natura homini, mentemq; animumq;  
 Aut non perpetuo firmam, stabilemq; manentem.

Qui si forte semis radio Martisq; rapacis  
 Aspicitur: fœcunda parit cum fœmina natos,  
 His omne infactat: quod mentem reddere siveuit  
 Egregiam: nullosq; illi dat seminis ysus,  
 Noscendi causas remouet: deliraq; semper  
 Mens homini: nullasq; tenet sub pectori vires,

At si forte Iouis radios: vel lumina cernat:  
 Optima largitur natis: partusq; benignos  
 Effiat: & casti deducunt tempora vitę

Ergo inter superos postq; sibi tanta potest as  
 Aereumq; globum flammis ardentibus ornat  
 Det fœcunda viris plaadam per secula mentem,  
 Omnes ut pelagi fluctus, nocturaq; genti

Cū luna quā  
 do mercurius  
 nō conuenit.  
 Luna aspecta  
 a Saturno et  
 marce cum  
 merario exi  
 stentibus.

Luna aspecta  
 a Ioue

LIBER  
Sydera fœlia collusitret lampade semper.  
DE MERCURIO.

**A**ltius euecli tandem penetrauimus orbem  
Luna tuū, iuuat et vētis nūc pandere vela,  
Cylleniq; aperire globos, flexusq; rotarum,  
Mercuriumq; poli totis deducere g̃ris,  
Et motus aperire suos, viresq; potentes  
Pandere, & in lucem flexus numerosq; referre.

Namq; poli primus sectas, & concava finxit  
Alipedesq; leues glomerare per cæthera curru,  
Et motus conferre datos, flamasq; vagantes  
Ambire, & solis variari lumine luce  
Hunc & n. certum est vicinum ad cornua phœbes  
Fleſtere iter: celeresq; rotas curuare meatu  
Apsidibus certis: nec plus discedere ab illa  
Quām sua signa procul distem a cuspide solis,  
Tantus Amor Lunæ, Solis reuerentia tanta est.

Hūc memoram quondā summi tenuisse tonatū  
Archanum: & versa tantum placuisse figura  
Ut mersum oceano phœbum vinxisset in undis,  
Impenditq; diem terris: plaudamq; quietem  
Sūp̃isse alchumenam: Ioue natus ad cæthera posset  
Alades penetrare deos, regnumq; parentis,  
Elusum simili forma amphytriona superbum  
Reddiderit, castoq; thoro iacuisset adulter  
Illiū optutum veneriq; dedisse cubile

**Alia fabula.** Quid memorē orty g̃ias falsa sub imagine vac  
Eripuisse dolis: simili quoq; mente nouercā (chas  
Deceptam: & patrios ammos satiisse canendo  
Ut caput absciderit falcato desuper ense

Fabula.

Quondam argos, centūq; oculos dulcēdine captos  
Preſſerit: & vigiles paulatim clauerit omnes  
Inachidem cupidō daret ut verſutus amanti,  
Quid ue dolis valeat: prompta quid deniq; lingua  
Non opus est dictus: cēntum capit ille figurās,  
Cum libet: & ſemper vertenti ſingula cēidunt.  
Singula vertenti cesserunt omnia voto,

At falsis vera inuoluit gens priſca: vetuſto  
More ſuo: cum cuncta deum veſtigia ſignans  
Mercurius, reddat proprias ad ſydera formas,  
Aſſimilemq; illis ſe prebeat: & iuuet omnes  
Errantum radios maiores pandere vires  
Et permutatis formis variare vigorem;  
His ſibi magna fides cœlo, terrisq; mariq;  
Creuit: & eſſe deum mendax pateſcerat olim  
Egyptus, mores illis, ritusq; ſacrorum  
Exhibuit, docuitq; viros altaria circum  
Ignibus accensis ſacrocq; piamine thuris,  
Poſſe homines penetrare globos, ſedesq; ſupernas,

Hunc natum nylo dicunt menphiq; parente, De progenito  
Et celebrant menſem ſtelbontis nomine dictum, ribus Mercuri  
Ast alij dixerunt Louis de ſemine natum ry.  
Maia matre, ſimul cylleno monte creatum  
Ardentiq; polo fixa, qua parte refulget  
Taurus, & in frontis medio chorus inminet aſtris

Hic premit inſomnes duro dare tempora lucro Mercuriusfa  
Impellitq; homines nature diſcere mores, at homines  
Saturni hofpitiuſi fulxerit, aſtra veſignet, eris cupidos  
Namq; Deus caue mentes, & peſtora verſat & philoſophos.  
Et grauiter mentem qui commouet: omnia recte

Veteres mi-  
ſciuſſe vera  
mercurius au-  
get illius pla-  
ne te vires cū  
quo afficia-  
tur in figura.

Fingere non possum rex optime nomina cœlo  
Ne noua si memorem fiam simulator, et instar  
Oedipodis, vel dura nimis sententia versu-

Quare agite o superi, quos iussit currite flexus  
Et bene concordes raduis: ne lapsa ruinis  
Terra deos fluxisse putet (sine lege) per orbess.

De stella Saturni.

**H**æthereos ciclos altu ad summum cœli  
Euehor: exortus repetit: vnde optima sumptu  
Principia: et tandem saturni ascendimus orbem,  
Septima nam sedes superum: et summior omni  
Errantum numero: rigidoque reflexa meatu

Omne vetus quodcumque patet terraque mariisque  
(Saturno faciente) manet: duratque vetustum

Terdenis giros annis, et sidera lustrat

Signiferit: partesque datas non linquit inertis,

Nam cœlu, terraque graues. marmorque profundu

Luce premit: vario flectens sua sidera motu,

Terdenos signum menses circumlegit unum,

Omnia sed simili numero peragrare necesse est

Ne conlapsa fluant numeratis partibus astra,

Ac duo signa globi longe distantia claris

Sideribus tribuere deo, nec rectius unquam.

Fictum aliquid, namque vrna grauis frigoris aquari

Opposita est solis domui, calidoque leoni,

Et merito est illi sedes ab sole remota,

Lumine quod caret puro, phœbiisque calore,

Altera que cancro fertur contraria, lunam

Inflat: et tepido semper supponitur orbi

His astris frigent terræ: tenebrisque grauantur;

Omne enti=  
quum est a Sa=turno.

in. xxx. annis  
perficit satur  
rus ambitum  
eccentrica.

Saturnum in  
xxx. mēsibus  
pagrare vnū  
signum.

De domibus  
Saturni et  
quare.

An nil posse datur: fingentes talia, fallunt,  
Non celi motus varij, non sidera, & ipsi  
Errantes: sed quisq; sua sub nube pererrat,

qui sp seipsū  
fallit.  
conceptus an  
tiquorum.

Hinc illi varias fingeant corpore formas  
Mercurio: quoniam tanto sub sidere mentes  
In diuersa ruunt, cęta sub imagine vite,  
quam qui pollutam vitis, & pondere carnis  
Dixerit: errantem ducunt ad tartara parce,  
Si in sua suspiciens deducat tempora cœlum:  
Imbuat & mēntem, rectum, sanctumq; piuumq;  
Aut doctas properet studijs contingere ad artes:  
Hic cœlo dignus, superas & scandere sedes.

q; spe vite fal  
ligr , errans  
perit.

Talia mercurium concēsse tempora vite  
Perdixisse ferunt: & sacras iſe per artes,  
Ingenioq; suo diuum sibi pōscere sedes,  
qui q̄q paruo lustravit tempore terras,  
Deduxitq; tamen mortalia pectora cœlo,  
Et penetrare dedit suspense mēnia flammæ,  
Scrutariq; polum: causas & discere rerum.  
Atq; aperire vias nature, & quereremotus  
Astrorum: primusq; globos errantibus aptos  
Instituit: signis partes, & nomina ponens,

Devita mer= =  
curij.

Hic viāna tenet soli sua lumina claro:  
Et sedem cœpit solidam sub virgine primam,  
Et geminis, Lunę hospitium solisq; securus,  
Ut sedeat cancro proprius calidoq; leoni  
Et dia: ne non posse globo peragrare per omnes  
Signiferi partes: nec longius ire per illas:  
Quam sua sit solis sedes, contermina sedi,  
qui cum se videat paulo tamen inde reuoluit:

Domus mer= =  
curij eē iuxta  
solis et Lunæ  
domitalia.

Nō elongari  
mercurii a so  
le nisi per 28.  
gradus.

## LIBER

De repedatio Abiectumq; procul, radios veneratur et astrum:  
ne Mercurij. Suscepsum iam liquet iter; propriosq; meatus

Comprimit; atq; iterum repetit quos legerat orbes,

Et celer ardoris refugit sub lumina solis,

Inde suos auget motus, ambit q; rotarum

Curuatus celeri motu; post lapsa resumit

Tempora; tum pigro repetit vestigia gressu,

Fortunā sum Hinc semper sumit miseros fortuna rotatus  
merevires ex Interdumq; frui lētis largitur; ut alto

retro gradia Fixa loco; vel summa tenet fastigia currus,

et dire At cum subpresso pedibus tenet ille meatu,

Etione planta Heu quantis miseros inuoluit cladibus atrocē  
rum.

Et q; fallaci decepto tramite vero

Ludit, et elusos docuit quid sy dera possint;

Diversos esse Quid tibi cōmemorē quales legat ille reflexus

Mercurij mo Pernix vel quali vertat se cardine cœli,  
tus.

Nititur in boream radianti sidere prepes

Cum super ottipedis concendit brachia cancri;

Vel geminos lustrat fratres, vel virginis astrum,

Aut metam cœli medium, qua sy dera signat

Scorpius, ad cœli spatum duosy dera calcans,

Tum gelidæ querens iterum confinia Lunę

Proximus est cœmro terræ: quo semita diui

E cœnrum curuo designat limite girum,

Qua gemini cœlo pisces luculantur in alto,

Inualidusq; polo, terris sua lumina præbet,

Sic postq; tetrigi medium gyriq; poliq;

Frigida dimensus loci cœli, parte resulget

Splendidiore globi fundens mortalibus ignem

Hinc superos almo radiorum lumine lustrat

Precipue si prima tenet vestigia iuxta  
Exortum: cœli media vel parte moretur.  
Et tamen assiduis flammescens orbibus effert  
Hos merita promptos: hos curuis nauibus aptos,  
Hos causas tractare docet: motasq; tueri,  
Astrorum motus alios: causasq; latentes  
Scrutari, nec firma suo sunt pectora motu,  
Mille magisteria. & vite discrimina invertit,

At circumflexos anno cum voluerit orbes  
Obcluemq; globi callem: si defuit illi  
Ad numerum: quo quisq; deum percurrit olympū, iori tpe mer= =  
Porrigit in reliquum breuioris tempora lucas,  
Hinc varij sunt motus: hinc rectior ordo  
Hinc repedare datum ciclos iam parte rotatos  
Et q; gressus nunq; reflectit ab orbe  
Ille suo: parui peragrat cum concava cicli  
Et modo suspensos, pressos modo comprimit orbes,  
At tamen aduerso motu legit astra intentis  
Signiferi: & vario transcurrit turbine signa,  
Cui si coelicolum licuisset querere sedes  
Aut ambire super intidi confinia solis  
Ignitos nocti radios prestatet ab alto,  
Qui superos celeri motu si flectere posset  
Aut phœbi ardentes licuisset querere currus  
Mortales hebetare vices, causisq; sinistros  
Posset: et e superis cunctis præstantior esset,  
Terdenas coeli partes cum perlegit orbes  
Longius abscondit phœbo: ne conatus erret  
Orbe dato: quæ summa tenet que redditia cunctis nō posse mer  
Ter centum partes numero, terq; inde vigenas.

Mercurius  
secundū diuer  
fas cœli par= =  
tes diuersi =  
mode influit  
Interdū āno,  
nō nunq; ma  
curium simre  
cursum sui or  
bis.  
ponit et usam  
retrograda =  
tions.

Triginta par  
tibus elongari  
curium a sole

# LIBER

in 360. p̄ibus Sic omnis cœli adus, flexus q̄ rotarum  
esse oēm cœli Partitur numero: summā ne quere minorem  
circulum diui Maiores ve globis: nulla est iniuria cœlo,  
sum.

Hunc alijs statuit numerum, quem seruat & ipse

Ne sine lege polus vario daret ordine aucta,  
Mercuriū vi. Hoc & concessum est magno promunere diuo  
res suas cōicas Ut posset celeres diuum frenare figurās,  
re cū ceteris Quosq; illi statuunt venturo tempore casus:  
planetis.

Huic pensare datur, iuuat & compellit ad iras,  
mercurius cū Humanas signiformas si presserit alto:

marte Et martis radio se iunxerit orbe supremoz

Homī das Exilium, cedis cupidos, mortisq; ministros

Falsarios Efficiat: & falso damnatos crimine reddit,

Quiq; fidem scripto queris: vel firma manere

Que mandas cestata tuo soluenda ne potis:

Quere alium, nam nulla viro reuerentia tali

qui sic natali diuos suscepit ambos,

Infidos mer. Singq; semi iunctus: fidei non firma voluntas:

cū Saturno Non promissa valeat: scripu non confitetur ordo

Sed dabit ingenuo vires: mentemq; profundam

mercurius cū At si manortis radio solisq; refulget:

sole et marte. Audaces nimium natos, qui ferrea duro

Bellorum excessu, commitem prælia campo.

Scipiades quales, fabij decijq; fuere

Hannibal & penus: Marius, seriusq; iugurtha,

Ductoresq; feri tali sub sidere fiunt:

De merario At si lasciuę veneris conceperit ignes.

cum Venere Aut illi iunctus quacunq; in parte polorum,

Tunc cupiditas nimium mentes: tunc pectora cœat  
de mer. cū io. In rabiem luxusq; dabit, lone tuetus at astro,

Imperio gentes reget: & mandata priorum  
 & qua dabit: iurisq; viros, legumq; potentes,  
 Augustus qualis Cæsar, Titusq; fuere,  
 Alfonsusq; pater, tuq; & domus inclita auorum  
 Gentis Aragonie, longo quos ordine reges  
 Posteritas ventura feret non esse minores

Laus regis et  
gentis arago-  
nie.

Nam iam parta tibi laus, & prestantus illis  
 Ingenium, superas vires & facta priorum,  
 Nec tua maiorum contenta est gloria fama  
 Sed genus omne tuum superas: & vincis honore,  
 Nam seu discepent bello, regesq; ducesq;  
 Siue aliquid suadet Populo titubante disertus  
 Grandia doctilo qui Ciceronis verba ferendo  
 Tu superas: aciem si quando ad prelia ventum est  
 Exornare loco subitus suggererit error:  
 Excellis Rex summe pari virtute priores,

Vnum restabat summis gloria famæ, &  
 Ut tandem celi mons, & sydera nosset  
 Et quo queq; loco proprios dene astra rotatus:  
 Ne quid inexpertum, iam iam Deus ipse futurus  
 Liqueris: aut cœli sedem non noueris omnem,  
 Nec tibi displiceat cœli secreta, globosq;  
 Nosceret: diuinos imitari & mente poetas,  
 Illa tibi, natisq; domus stellata petenda est.  
 Quam genitor, proauiq; tui virtutis amore  
 Tantopere amplexi bellis, placidaq; quiete  
 Iustitiaq; pares: animi petiere vigore,  
 Quæ ne nota minus patet: da lora secundis  
 Cursibus: ut plenis pandantur carbaſa ventis.

LIBER  
DE VENERE.

**T**ertia subsequitur sedes, & certius orbis,  
Hic cytherea tuas vires, lumenq; globosq;  
Eloquar; & sparsas fulgenti lampade flamas,  
Vos anime que cunq; polum sedesq; beatas.  
Incolius, venerisq; Deo loca summa tenetis,  
Est duces; nam vestra iuuat presentia vatem,  
Et tam sancta Dei genitrix, quam sidere in isto  
Diua colo: summiq; sedes super ardua cœli,  
Quamq; ego non nunq; veneris sub nomine ficto  
Compellare meis ausus sum diua, Dearum:  
Da precor his animum rebus, mentemq; quietam,  
Ut valeam tantè de scribere lumina flammæ,  
Namq; omnes cupidi poscunt sua numina vates.

Veneris ratiōne  
dio oēs Stellæ  
las vinā.

Atq; omnes cœli Stellæ sua lumina condunt  
Hac referente diem terris, tenebrasq; fugante,  
Hanc propter diui flamas, radiosq; remicunt  
Et graue Saturni sidus, sic propter eandem  
Gaudet: & aspectu crudelia fata recondit,  
Amplexusq; suos optat mars impius: ex quo  
Bella vacant: placideq; fluunt data tempora pacis,

Paris pp ve  
nerē spreuit  
alias Deas.

Hanc propter frigus despexit munera paſſlor  
Palladis armiferæ: lunonis numina magnæ  
Spreuit: & opteuit redimitos fronte capillos  
Tyndaridos, bellumq; deum, Troieq; ruinam  
Gentis Iuleq; caput, & dux maxima Romæ  
Proæctrixq; sue stirpis: quæ diua Nepotes  
Exultit: ut toto valeat dominarier orbi,  
Sylvia quod virgo Troiano sanguine nata est

Hac duce concepit: partu & properante gemellos  
Edidit: ut magne fundarent membra Romæ

Præterea quecumq; virent florentq; per orbem Oia propter  
Hac duce nascuntur, semen generantibus aptum      veneris beni  
Infundit gentis: natumq; ad lumina vitæ      ginitatē nasci  
Deductus terra augendum, Lunæ & tempore,      & florere.  
Ut solis radio calefactum uiuat in annos,

Hec renouare diem nocturno tempore posset, Sola stellarū  
Nam phœbo ardenti, Lunæq; simillima plenq;  
Sepius in tantis astrorum millibus umbram      Venus facit  
Efficiat: & cælo lucem, terrisq; munistrat,  
Errantes stellæ circum sua claustra vagantur,      Non qd pro  
Atq; datos peragunt flexus, propriosq; rotarum pter venerem  
Obseruant calles, certisq; amfractibus errant,

At venus ipsa suo confidens lumine tanto  
Excedit manifesta date confinia longe  
Cum tendat tauri longe extra sidera calcem,  
Hoc nulli superum licetum transcendere limen  
Non phœbus valet ipse potes, qui cuncta reluстрat  
Non aly possunt superi: veneriq; benignæ  
Cessit honor: quo cumq; libet vestigia ferre,

Fabu a Mar  
Adde quod & noctu (fama est) seruire cubili tas eti veneris  
Martis, & accubitu talamo concendere diui,  
Et phœbi ardentes non nunq; fallere vulnus,  
Et super oceanum longu sub nocte vagari,  
Et petere interdum veterem Titona cubili,  
Luferosq; suis adiungere solibus ignes,

Hec & enim sumens astreq; sidera libq;  
Gaudet in incessu: solis nec fessa rotatu  
Nocturnos repeat motus: repedatq; priores

## LIBER

Signiferi partes: ex solis fertur ad orbem,  
retrogradari quatuor at post q̄ menses sic concita pergit:  
venerem. Luciferos iterum p̄bet mortalibus ortus  
Luciferos Et tarde peragrat gyros: tum fixa videtur  
motus Stare polo, demumq; dari congressibus orbem  
Nam proprios auget cursus: post tarda vagatur  
Orbe suo gressusq; malo curuamine flectit,  
Vespertinos! Et terre proprietor solis calefacta tempore  
motus Baccanti similis iacat inter sidera flamas,  
Hincq; ferunt quondam pulli quoq; litora porti  
Æthyopes et Æthyopes media signorum parte locatos  
se nigros & Ad traxisse nigrum calida de sede colore,  
ingino leni Hinc exusta ducas regna ad sumfisse leporem,  
Fama viget: venerisq; sue compingere mores  
Credere cælicolas æquum tenuisse tonsantis  
Imperia & leges: veneri sed munere magno  
Concessum media signorum a parte vagari,  
quare venus Interdum breuiore mora conuexa rotarum  
sit cursu mo= Circuit: ut subter, vel sursum deuia fertur  
do celer, et in quod quoniam varium, nec non cognoscere durū  
terdū tarda. quas potero causas rationis, et orbita que sit  
Expediam: dictis aurem, mentemq; moueto,  
Varias ponit Nam seu diuersos orbes, ciclosq; reflectat,  
opiniones de Seu ferat ad fixum propria sub lampade cœntrum,  
speraveneris Solis & accessu cændential lumina sistat,  
Seu calor ille ingens, phœbi conuexa sequatur  
Illiis appositos orbes: vel diua rotetur.  
Phœbia sub luce polo: non noscere promptum  
Nec quibus illa vijs incedens æthere puro  
Longius a terra sinuosa volumina vertat,

Nam solis menses superat, minuitq; rotatu  
Nec tamen ardenter solis dea deserit orbem  
Sponte sua: sed parua rote cū concava pressit  
Occidit occurrit: phœboq; celerius heret,  
Hinc flammata deæ clarescunt lumina, postq;  
Deserit ardenter solem, tardog; meatu  
Fertur equis: gaudetq; suo de lumine prepes,  
Et similis phœbo ariſu: modo nulla prioris  
Signa tenet: variatq; viæs firmatq; viassim,

Lucifer ante diem exoriens: sed noctis in umbra  
Hesperus est, fidus cœlo fulgentius omni  
Est in sublimis tauri fulgentibus astris  
Huic locis ad vernalis cum sol conuertitur horas  
quem colit: ut virides subniglat terra colores  
Ipsius insignem gemmis, auroq; coronam  
Roscida purpureos spargens aurora colores  
Purpurat: & roseum subfundit in ore ruborem,

Tum dea sufflimi currutytania regna  
Ut primum lustrare oculis concessa potestas  
Assumit rubicunda comam: iubar inde verendu  
Spargit humo: pura conlustrans lampade terras,

Insignes magni phœbi se etantur habenas,  
Mille animæ quas ille deg pro vertice ne etens  
Lucentes cœlo radios, terreq; ministrat  
Has dea suscipiens diuum mentes, animasq;  
Cæsareosq; duces, & quos domus ipsa creauit  
Gentis Aragonæ, cœli qui sidera lustrant,  
Et quas ipsa sua ducet de stirpe Nepotum  
Assurgit manifesta polo, tum ianua cœli  
Panditur, & noctis grauidas dinerberat umbras

Venerē fini= re interdum  
anno sui or= bis ariſum in terdum exce= dere.

Fictio de ma= nutino vene= ris exortu.

Alia fictio

## LIBER

Adducitq; diem: phœbiq; refertur ad orbem,  
Sic postq; tenebras terra discussit ab ima  
Et lustrare datum circumloci peruvia genti,  
Leta sua terras repetit, troiamq; iacentem  
Quam coluit, viridemq; paphon, Cypruq; feracē,  
Et Crete antiquam sedem: quas illa per oras  
Incolitur; mistosq; aris aspectat odores,

Huic postq; longo ritu celebrata sacerdos.  
Et super imposite flammis arsere columbæ  
Munera læta prius redolentia thura sabeum  
Et nardi spicas, calidi quoq; floris achantum,  
Tum Romana super fertur capitolia, natos  
Et magnos visura duces, regesq; superbos,  
Quos dea nullimes cœli peruexit ad orbes,  
Urbe quibus media fulgem aurataq; dona  
Et centum templis carenti marmore value  
Quos omnes venus alma polo cum celsa refulget  
Sublimi vectos currū fœlicibus armis  
Aspectans meliore globo videt esse beatos,

Venus cōbu      Que si flammatos solis conceperit ignes  
sta a sole.      Purpurea tunc luce caret: nec pressa refulget,  
                    Infelixq; loco perdit pro tempore vires  
Venus egress      Post ubi concavuit, solis sub parte locuta  
sa solis radios invalidas dat diuina vices; fallitq; morantes  
xlv. partibus      At postq; passim fertur solemq; relinquit  
posse venerē Quattuor ut demis et quinq; ab lampade solis  
elongā a sole Partibus abscedit: sparsos post comprimit ignes,  
Inde poli medio currentibus ordine aclis  
Fertur equis, sistitq; gradum: ne concata flammis  
Deserat ardenteum currum, vellumina solis  
Sic varijs

Sic varijs agitata modis sua concava querit  
Imparibus spatijs: q̄q̄ celum omne refindit  
Mensibus exactis bis sex; velut obvia fuisse  
Phœbea sub luce eadens, vel iunxit orbi,

Nam quoties fertur pigro subiecta rotante

Et repetit lectos orbes suspenſa priores

Vnius ad solis metam perducatur anni

Interdum numeris cicli, curuisq; rotarum

Auget & ipsa dies terdenos siue minores

Vt tarde remeat gyros, cœnrumq; epycicli

Nec tamen illa leues ne quicq; circuit orbes,

Sed varios reddit mundo motusq; viasq;

Venus cū iō-  
ue ei luna.

Nam si force iouem fuerit compressa figura

Lucida fulgentes cœli cum circuit orbes

Et radios lunæ felici sumperit igne

Tunc mentes hominum seruando reddit honestas,

Nec melior natis poterit fortuna parari

Mixta bonis, iubet esse bonos: sed lapsa malignos,

Non talis fortuna foret: fatumq; tremendum

Portendit miseria: & non variabile damnum,

At si magnanimi lustrabit signa leonis.

Mirus amor laudis, pudor, & mirabilis illi

Ad moresq; valet fingendos sola virorum

Quod cupiditas frenat mentes: vel claustra resoluit

Illa pudicitæ: fuerint ut sydera ad illam

Aspectu nocuo: vel iuncta errantibus apte,

Venus in

leone.

Veneré pre-

esse moribus

nati.

Pisce polo graudet: quo quondam vecta feratur

Esse mari, tamen opposita sub parte grauari

Non dubium: cum nulla sibi consortia iungat

Merarius: spernatq; deḡ moresq; iocosq;

## LIBER II

At neclit radio martem,frenatq; furentem  
Et sensis omne malum mulcat:flectitq; prementem,

Oratio.

Ergo omnes superū possq; dea maxima flamas  
Acapit:et diri frenat mauortis acerbum  
Saturniq; sensi rabiem,luxusq; nefandos:  
Optandum nobis fœlia vt lampade terras  
Circuat ,et longi perducat tempora amoris,  
Optutamq; deum pacem,mundiq; quietem  
Afferat:et rabiem crudelis comprimat auris.

## LIBER TERTIVS.

L M A Dei genitrix,et cœli semita  
virgo

Que prius et Christi mater( q; seca  
cula) facta es,  
Semina vel fuerint mundi et simulachra,iacentis  
Vatis colle animos, Fas sit mihi digna precanti  
Sullimes phœbi radios,motusq; perennes  
Pandere:et ardentes diui describere flamas,  
Nam nouus agredior cœli conuexa:globosq;  
Obcentros mediq; telluri:et lucida cœli  
Sidera:et ardenter bis sex animantibus orbem,  
Nulli illos tetigere globos:loca peruvia genti  
Querimus,erranti nec dum bene cognita turbæ,

A magnis et Semita nec facilis cœli:sed deuia,quamq;  
difficillimis Est animus memorare,fuit nam(sole creato)  
rebus gloriæ Mirandum voluisse tuos descendere currus  
esse sumenda. Phœbe pater:rapidasq; polo deducere flamas,

Qui si per patrios flexus, nam doctus habemas  
Electere: & ardentem gemmis male compulit axe  
Quod tamen audendo superos concendit ad orbes,  
Emeruit clarum teruisse in secula nomen.

## De Circulo Signiferi.

**S**ignifer oblique fertur super aethera cclus,  
Qui sphaeras, & quorū rapit simul astræ glo  
Errantū, celeri motu: vertentia & illa (bosq  
Commouet: & rapida cœlum vertigine torquet  
Hic curuas cœli sectas medioq[ue] refindit  
Sectores austrine tuos: vbi diuidit equo  
Sole dies, vbi nox iterum fit maxima terris,  
Et brevior signans spatij, & equalibus ambos. In tropico  
Exactum qua parte globi sol comprimit anguem, Cancri.

At suspensa manem cancri vestigia ad arcto,  
Australēq[ue] globum signat capricornus ab imo,  
Laniger & queles, & libra has continent horas,

**Q**uartuor hæc signat loca sol manifesta rotatu  
Signiferi: spatij & quis cum perficit annum,  
Nec patet ad visum cclus: sed mente sagaci  
Finge illum: plenumq[ue] suis animantibus esse,

Huc Aries, Taurus, Gemini, Câcerq[ue] figurante Signorū xij.  
Inde leo, virgoq[ue] subit, discriminē libra ordo et nota.  
Subsequitur paruo: quam post & scorpius ardēs  
Aratenens, flexum sequitur capricornus et vrna,  
Postremo pisces gemini confinia complem,

Totaq[ue] congeries rapido subiecta meau,  
Et premit ocaduo lucem, cogitq[ue] sub umbras Rapi omnia  
Sidera: contorquens axem, currusq[ue] rotantes, astra a motu  
Et queamq[ue] simul volitans arcuuntur celiher, primi mobilis

# LIBER

Perpetuoq̄ rapit cursu cingentia terram.

Corpora quæ rapidum cœli sensere rotatum,

Terrā esse in Terra tamen grauitate sui non feratur ab illo,  
mobilem. Sed stabilis ceterum medio confinxit in imo.

Et iacet in formis magno circumdata ponto

Aera sub liquidum perili distincta figura,

Illa tamen caput attollit: nam concava fertur:

Quæ si mersa foret pelago: viuentia misquam

Gigneret: aut genitum posset nutrire sub undis,

Terram esse Nec plana est facie: qd̄ mōstram sidera, et ipse  
sphericam. Cum primum exoritur sol ima parte resplendens:

Paulatim terras lustrat: que n̄ foret orbi

Assimilis: propior nobis, & longior effet

Omnibus & terris patueret tempore in uno,

Sidera preterea, motu reuoluta diurno

Desiderem pariter terris, cederemq̄ sub umbras,

Hoc terre prohibet tumor: id non omnibus umbrā

Effiat illa simul: sed sensim cedere lucem

Variari poli Nunc alijs, alijsq; locis, variare tenebras  
punctū secundū Comprehensum: punctusq; poli non omnibus idē,  
dum diuersas Nec cynosura rotæ summo stat culmine cœli  
mundi ptes. Omnibus in terris, ima nec parte canopus,

vbi nobis diei Ergo vbi prima quies nobis, lux prima diei

initium alibi Est alijs: tumor ille facit non omnibus umbras

diuersimode Esse pares: lucemq; dari non omnibus equam,  
oriri.

Hęc cunctis manifesta manent sub cōcaua cœli

Tellurem glomerasse suos orbesq; referre,

Quāmq; magna sui pars est demersa sub undis

Et iacet in formis pessum circumdata ponto,

Sed quę pars superans nostrum peruenit ad orbē

Afficit ignitas stellas, nec clauditur vndis, quartā terrae  
 Et si magna, tamen non est ex quatuor vna pte apparere.  
 Partibus his, quas massa tenet, terreq; figura,

Quam circa varie gentes & buccera fœda  
 Pennateq; colunt volucres, habitamq; per ipsam,  
 Hanc super immensas luces, stellasq; vagantes  
 Orbe suo ferri videoas, varioq; rotatu,  
 Maiores ecerim quasdam glomerare meatus,  
 Ut distante summo stellati verticis axe quasdam stellas  
 Et quasdam minimo volui cum turbine, quasdam occidere quas  
 Stare loco, nullaq; vehi vel parte videntur. dam non.

Sunt que perpetua lustrantur lampade solis.  
 Imparibus spatijs, medio sub cardine mundi,  
 Et quedam breuiora ferunt compendia summo.  
 Fixa loco nullis, semper que consta centro,  
 At tamen est unus cunctis remeantibus ordo,  
 Nec varij possem motus simul esse: nec unus. Nō posse i eo  
 Diuersis ferri viabus: nisi sectus ab uno dē cardine si  
 Alter in opposito: qui sidera deuia ferret. mul esse diuer.  
 Stellarumq; polum vario discrimine circumfossos.  
 Nam nec diuersum patitur cardo ille rotatum,  
 Nec posset varios simul ex se ferre meatus,

Ergo sub medio descriptus cardine vertex  
 Parte poli summa est: qua primum turbine magno De primo mo  
 Mobile perpetuo circumuehit omnia motu, tore.  
 Quem terre, pelagiq; vigor, flammæq; nitentes  
 Etheris, aut puri calor, aut vix maxima cœli  
 Commouet: aut mentes volitantes, siue superna  
 Vis diuina regens hos sacra lege meatus  
 Concelebrat fulgore suo, totumq; gubernat:

Prospicit, & celeres fallit via prompta loquendi,  
At pensata manent meliori parte locata  
Et nunquia fallunt animos meditata veloci,

Hic etiam cupidos auri, rerumque nouarum  
Esse animos hominum cogit, vigilare iacentes,

**N**ō posse ho. Omnia si cedant voto mortalia nostroz  
mines faciari Et quodcumque maris magni circumulit unda  
imensa cupidit Et quod terra parens ima de parte refundit.  
tate. Non tamen humanas possit satiare querelas;

A ut exhausta sitis paro requiesceret auro

Hanc parit orbe suo cyllenus: & premat atram

Visceribus mentem conuolai: terrea queque

Appetere, & proprios nature linquere cursus,  
Mercurius fa. Hic etiam maneis absconsos elicit orcho  
at astrologos Sullimesque vias cœli specularier idem  
& nigroman Naturaque doct, causas & discere rerum,  
tas.

Querere num Cesar vivat post tradita morti

Membra suæ: vel cuncta simul cum corpore pda,

An ne alias querat sedes, vitumque futuram

Expectet: carnisque premant corrigia mentem,

**Q**uestio an Dic mihi quid prodest causas cognoscere rerum  
omnia morte Quid labor, & multis animum deducere rebus &  
soluantur. Omnia si rapiet mors, & breuis hora Diei,

Si nil iuris erit terrenæ feas in alto?

Cunctaque si certo labuntur tempora fato?

**alij questiones** quid iuuat ad superos rigidâ conuertere mete?

quid nam letu suis producere tempora rebus?

In tenebris an nostra dies: duroque labore

Versamur ceci rabie, plenique furoris?

An mentes tantu deus, an sors impia versat?

Conſiliumq; fuit: ſit non variabile cœlum  
Alternis rerum vicibus: ſed penſa ſorores  
Immota cœnice trahunt: & filia reſoluunt,

Et q̄ varijs glomeratibus aſtra rotentur  
Temporibusq; ſuis: deus hęc ratione gubernat  
Humanasq; vices, cœlum, ſtellasq; vagantes  
Ordine per petuo iuſſit feruare rotitus,

Hinc falſa appetet ratio, mentes animosq;  
Exemptos motu ſuperum: ſed preſſa ruinis  
Corpora: dum miſeri labuntur tempora futi  
Quod quoniam vano ſumptu ratione videmus

Vt fateare decet ſummiſe deſcendere ab aſtris.

Ferre vires: motusq; dari: quos conſitus ordo

Labentis cœli agit: viſ ſumma Dei q;

Diuersas hominum cauſas variare viacſim,

Quas tamen ex rerum ſpeties, non eſſe reclusas.

A ratione dei vera, manifeſtius ipſa

Doctilo qui potuit perpendere muſa Platonis,

Qui doceuit mentes hominum dominarier aſtris,

Et poſſe interdum conuertere fata futuri

Temporis: & nullis ſubiectis motibus eſſe,

Vtq; foret maſſa una deus bene iuncta per orbes

Aereas cinxit ſuſpenſo vertice flamas

Et fluctu pelagi terras: terramq; iacentem

Implicituſ cœlo deducens cuncta per aequa,

Vt conuexa ſimil claudantur margine mundi,

E quibus hec rerum ſpeties, que cermitur imo

Mortalis: ſluxasq; vires: & tempora ſumit,

Sed ſuperum virtus melior: nec lapsa profundo

Regna fugit gelidę mortis: nec labitur vñq;

Deū flatuiffe  
cœli motu va-  
riare omnia.

Reprobat eos  
qui dicūt ant-  
mos eſſe ſubie-  
ctos cœli in-  
fluentis

Ab aſtris in-  
clinamur ſed  
dei voluntate

Plato.

Oia eſſe equa  
liter & bene  
diſpoſitu a  
deo.

Inferiora oia  
eſſe mortalia.  
supiora vero  
eterna.

L I B E R

Secundum dicitur At cum certa polis saturnus sidera lustrat  
uer sos coeli. Sullimis sumit vires perditque viae simili-  
tus, est. Sa. Ut fuerit natura loca sic fata dedere,  
turno virtus. Ast ubi bis quinque ceterum conuoluitur annis  
190 annis sicut Felicemque iouis stellam complectitur alto  
tur, inugitur Frigida cum calidis coheat: bumentia siccis,  
ioui in signo. Secula tunc veteru mutantur; mox noua surgunt,  
arietis. Atque alias mundo leges, ritusque reportant  
Mutatio reliqua. Et rerumque vices mutantur, regnaque reges  
gionis et reges. Acapiunt alios: et summa sede reponuntur,  
gnorum. Hinc fuit illa olim clades: quo decidit alto  
De diluvio. Diluvium: quo tota fuit sub gurgite tellus,  
Et pluuias tanas lypsus diffudit aquarum:  
Ut littus ponto abstulerit: terrasque grauarit,  
**Aduetus** Coniunctaque iterum mutarunt secula: donec  
christi. Cesareos duxere duces: christumque colendum,  
Tunc noua secla deus, moresque resolnit: auorum,  
**Aduetus ma** Ultima(qua iuncti Nepos sub sidere) facta est:  
chometi. Atque fidem christi sanctam subuertere mixa  
Feasisset rapax, nomen, et ipsam  
Seruasset pater omnipotens: qui cuncta gubernat  
In coniunctio= Ast quoque que nostris iam iam vetura sub annis  
ne futura. Sa. Et melior, nostrae legis vix pauci refringent  
turni et iouis. Aspera quae nimium, sacris et duraverendis  
vaticinium. Et genus omne mali tollet: pompasque sacrorum,  
At regem dabit innocuum, qui terminet orbem  
Carolus no[n]. Et reget imperio populos: gentesque rebellem  
De coniunctio Imperio subdet: toti et dominabitur orbi,  
ne Saturni. Sed si sit marti iunctus: contraria regnis  
et Martis. Arma mouet: queos reges, dominosque superbos.

LIBER

Saturno faciente gelu; ventis q̄ per ortis,

Exaltatio Sa. At quoniem phæbo nocuus: subvellere regnum  
tum in libra. Adnegat, & veneris gaudet sub sidere libre

Q uod veneris splendore metet: viresq; resumit

Flamniscens meliore loco: soliq; remotus.

Opposito linquit vellus, terra s̄q; iacentes,

De motu Sa. Nec tamen ille globos uno cum turbine versat  
tum. Sed rotat adnexus ciclis, pronoq; epyaclo,

Vnde suos reddit motus, orbisq; pererrat,

Q ui postq; stellarum glomerat per curva rotarum

Et circum flexos orbes non habitur cœque

Peruenit ad metam: qua gyri semita parui

Voluit, & tardo firmat vestigia pessu,

De retrograt= Post repedare suos orbes, partesq; priores  
datioē saturni Cernuntur: opposito stellarum & tramite ferri,

Sic duo sublineam motus conuexa necesse est,

Nam primo remoratur iter, quartocq; pererrat

viii. mensibus Mense malus, bis recta monet vestigia quarto,

Saturnus di= Quatuor inualidus subiis sua concava pergens  
rectus. Accelerat motus agros, flexusq; rotarum,

iiij mensibus Inde ubi concepit flamas, & lumina solis

Saturnus re= Carpit iter validus, rectusq; refertur ad orbes,  
trogradus. Nec tamen hos motus vlla sine lege fluentes.

Esse putas: solis radios venerantur: & illum

Omniuola virtute colum, at cum vagu luxit

Ad certas cœli parteis, lux candida solis

Sistere cœquos martē indomitū, venerēq; benignū,

planetas solis Saturnumq; patrem(tanta est reuerentia) cogit,  
radios vereri Hec ratio multos lusit (qui falsa putarunt)

Esse deum cœli solem, terræq; marisq;

## LIBER

Nam deus omnipotens magnis hec condidit astris,  
 Et proprios seruare dedit per tempora motus  
 Celibus magnis, stellisq; potentibus orbem  
 Dediisse deum. Electere: & eternas ammare in secula mentes,  
 Vm interimē Que rerun spesies & tempora longa reportant  
 di ex anima. Et formas ccelo similes venturaq; nasci  
 di stellis. Corpora: & in lucem vitalem duere aucta  
 Et promi ex nihilo mentes, quedamq; creari  
 Ex aliquo semenq; datum consistere semper  
 Eterna quoniam perdurare lege creata  
 Quae fuit le= Sed rudis ad causas diuini numinis altas  
 ge diuina sunt. Et rationis inops, rerum nec tempora noscens  
 aeterna, Grecia, maiorem finxit super astra iouemq;  
 Saturnumq; grauem, lunam, veneremq; mitentem,  
 Atq; alios ccelo errantes: quod cognita mundo  
 Vis quedam manifessa polo descedere ab alto,  
 ratio antiquo. Et non docta prius cur singula nata resurgant  
 cum quare de Attribuit formis mortalibus, utq; fuere  
 os finxerunt. Illorum iuuentis artes, vsusq; reperti  
 Ad finxit ccelo diuos: causas quoq; rerum  
 Donarunt stellis errantibus, atq; supernis,  
 Semina nam primus sparrit cerealia terris  
 Iuppiter pri= Iuppiter, & viridi deduxit cespite farra  
 mus docuit. Primus, ex indomitos iunxit per aratra iuuenos,  
 terre cultum. Hoc propter, meruit cœlum, diuusq; vocari,  
 Nos genus antiquū Troyę: nos græcia mēdax  
 Increpat chri Traxit ad exemplum prisce concurre genitū,  
 Istanos quia Sicq; dies, menses anni, moresq; veterissi  
 no mutarunt Nominibus veterum seruantur: prob pudor ista  
 gentiliū nostra Non vertisse patres christiani legis honoret

L I B E R

Languida nec sumit labentis membra senecte,

Nam melior natura illis, cœloq; repositis

Que si no te foret genitrix: reuerentia maior

Cessisset superis: quibus haec mortalia cedant;

Sed varijs casus, sœue mortisq; dolores.

Animos no= Quos patimur frangunt animos, et pectora cœta,  
aduerfr' ang' Fallimur, et causas non certa lege fluentes  
sis.

Diamus, et seuā fortunam voluere cuncta,  
que tamen in iussu patris omnipotentis in orbem.

Non veniunt: nam lege meani: nos dira putamus  
Fata malos afferre dies: quos iussus, et ordo.

Omnibus imposuit rebus formisq; creatis,

Oia moueri Ergo dei iussu famulantur sidera, et omnia  
ab intelligen quod cœlo terris, animis, ventoq; mariq; iuxta  
tuis celestibus Spiritibus certis agitantur, et ordine iuuit,  
muru dei.

Nunc aduersa bonis, et nunc meliora parantes,

Cum iussos referunt motus seruantesq; figuræ

Stellarumq; vagos cursus, redduntq; viassim.

Oppositos primis gressus, vbi sidera prono

Incessu remeant, orbesq; gyro reflectunt

abyss' de intelli Ut diuersa suos exercet flamma rotatus,  
gentys plane Non aliter iouis astra nitent, quam sidera martis  
tus rotari. Saturniq; sensi, q̄q; discrimen in illis.

Incessus varijs faciunt, et concilia ciclis.

Et suspensa polis maiori limite flamma

Altius excollat: vel terræ proxima querat,

De proprietatibus plane Sic mala sunt certi signis: melioraq; Marti  
tibus Belladamus soli regnum, veneriq; cubile,  
tarum. Saturno morbos, pœnas, cererisq; laborem.

Et miseros vitæ casus pelagiq; procellas

Attribuitq;

Attribuitq; ioui rectum, sanctumq; piumq;  
Sed quorum mentes subtili dogmate ad artes  
Exemplis fecere viam, cyllemus affert,  
Luna bonos, clarosq; facit: plenosq; fauoris,

Nec minus ingeny labor addidit, vsus & ipse Experiētia in  
Nam quodcumq; prius quisq; non nouerat ex se, uent artes et  
Exemplo monstrante viam deduxit in artem, labor.

Dic mihi quid prodest duros vitaſſe laboreſſe Nil prodeſſe  
Et defessa malis deducere temporavit? homibus la  
Quid tantos vixiſſe dies tenebrasq; perosum borem cum  
Sublimi flammasse poli de lumine mentem, morianur.  
Omnia cum raptat mors, & nox ultima nobis? Oia mortem  
Ultima languenti pœna eſt mors: ultima cunctas ſecum portare  
Abſtrahit adueniens curas, finemq; laborum,  
Et meus, & langor, duri quoq; tempora fati  
Aduentante illa ſuccreſcunt: omnia ſeum  
Portat ad infernos ignes: manesq; silences;

Que ſi hominum penas exoluit triftiss & annos: Reſpondeſt qd= m ſupra poſi= te qd ex iouis  
Cur non illa iouis felia a fidere laſfa eſt? bonitate ſiunt hoies in nor= tales qd ipſe.  
Cum tantis hominum preſto miſereſtur acerbis negat.

Est aliud certe maius maiusq; verendum:  
Nam pater ipſe deum, cunctis ut premia reddat,  
Pœnarum tumulum miſeriſ mortalibus affert.  
Stellarum diros cuiſus, mortisq; tremorem,  
Nec iouis aſtra bonos faciunt: nec prelia mauors,  
Non verius illecebras: non ſol ſullimia regna  
Non cyllemus opes: phebe non ſplendida claros,  
Est animus: qui cuncta regit: moderanur & ipſe  
Componit mores hominum: viresq; minifrat  
Corporibus: cogitq; graues perferre labores:

Aium ameta  
regere.

quem pavitam cuncti errantes, flammisq; mouent; etiamq; etiamq;  
